¶ ℞. ligni aloes electi. ʒ. ß. gariofiloruꝫ macis nucis muscate añ. ℈. ß. pillulaꝝ elefanginaꝝ. ʒ. iij. storacis calamite. ℈. j. agarici trocisca ti. ʒ. j. masticis gra. xv. confice cũ syrupo de corticib⁹ citri. vj. vel. vij. pro ʒ. de quib⁹ vnã des dũ vadit dormitũ si vitio capitis vel partiũ ei⁹: vel si sit vitio stomaci exhibeas vnã ante cenã ⁊ cõtinua.

¶ In hoc casu etiã multa conueniunt vt odoramẽta caput purgare garismata: et alia suis locis requirenda: cum hic soluꝫ de pillulis loqui intendam.

¶ Expertus sum etiaꝫ dictas pillulas in dolore dẽtiũ valde cõferre quãdo perue-nit a materia frigida et pro pauperibus cõueniũt pillule de yera cum agarico data eunti dormitum vel ante cenam iuxta superius dicta multotiens.

¶ In brãchijs etiã ⁊ coꝛizis valent quemadmodum etiam in catarro superius dictum fuit: ideo recurratur ad ea.

¶ Sed q2 sunt multi q̃ tñ abũdãt in hũiditate ꝙ fere cõtinue spuũt: maxie de mane ⁊ illa hũiditas aliq̃n descẽdit a capite aliq̃n descẽdit a stomaco: iõ de pillulis infrascriptis exhibeat añ cenã q̃n a stõaco: ⁊ eũti dormitũ q̃n a cerebro: ⁊ in istis casibus multũ valẽt pillule masticie vt supra.

¶ Pillule contra superfluam humiditatem descendentem ad os et cogentem superfluum sputum.

¶ ℞. pillulaꝝ de yera. s. ʒ. ij. pillulaꝝ elefanginarũ. ʒ. iij. mirabolanoꝝ chebuloꝝ ⁊ citrinoꝝ agarici tro. añ. ʒ. ß. masticis. ℈. j. misc. ⁊ cũ melle rosato vel syrupo de sticados ꝯfice. vj. vel. vij. p. ʒ. ⁊ dent vt supra aliq̃n ante cenã aliq̃n eũti dormituꝫ.

¶ Raucedo vocis: lꝫ vt plurimũ proueniat ab hũiditate sup̃flua: aliq̃n tñ a siccitate ꝯtingit. Et in tali casu nõ cõuenirẽt pilllule dico euacuãtes: q2 adherẽt i siccitate de pillulis bichichijs nõ dico: q2 iuuare nõ possent: sꝫ dũ ꝓuenit ab hũiditate: ꝯueniũt pillule ifrascripte ⁊ sũt expte.

¶ Pillule contra raucedinem vocis a materia frigida ⁊ humida.

¶ ℞. agarici albi ⁊ electi. ʒ. j. salis gẽme. ꝫinꝫib. añ. ℈. ß. succi liquiritie. ʒ. ß. pillularum elefanginarum. ʒ. iij. ß. misc. ⁊ confice cum mucilagine dragagantorũ facto in aqua florum violaruꝫ vel cum syrupo de liquiritia fm qd melius apparebit: et fiant. vj. pro. ʒ. Et def vna aliquando dũ surgit a lecto: aliq̃n dum intrat lectum et aliquando ante cenam sunt experte.

¶ Valent etiam dicte pillule in tussi proueniente a materia flegmatica a cerebro descendẽte. Et tunc debẽt dari eunti dormitũ. Ubi aũt materia esset valde acuta: recurras ad ea que dicta sunt de catarro hic tamẽ describã aliquas conueniẽtes.

¶ Pilule ꝯtra tussim a materra acuta.

¶ Recipe thamarindorũ. ʒ. j. succi liquiritie. ʒ. ß. seminis portulace: papaueris al-

bi ꝛ nigri aā. ℈.ʒ. pillularū elefanginarū ℥.iij. agarici tro. ℈.ij. confice cum mucilagine psilij facto in aqua floꝝ violarū: et fiāt. vj. vel. vij. pro. ℥. dētur vna oīni sero eunti dormitū. Et quādo video tussim valde molestā addo supradictis tria vel quattuor grana opij: ꝛ reperi iuuamentum: sed exhibeo magis distanter a cibo. ❡ Quantum etiam conferunt in asmate videbūt hij qui experiri volēt: vt sepius feci. Nam et si propter debilitatem solutiōis ipsarū nō possit fieri euacuatio materierū contentarum in pulmone: concauo pectoris: ꝛ panniculis circūstātibus quarum presentia causatur asma: tamē conferre possunt merito cause antecedētis: vt sunt materie a capite descendētes quas materias iste pillule ꝛ diuertere et euacuare pñt: ꝛ sic postea materia cōiuncta facilius eradicat̄: aut manifesta euacuatiōe: aut resolutiōe insensibili. Exhibeantur igitur in asmate iuxta superius dicta: ꝛ prospere succedet. Nec tamē dimittatur cura doctorū cū aliquādo fortioribus medicinis. Sed iste pillule dictim exhiberi possunt. Nec impediēt alia rū medicinarū operationē: sed potiꝰ adiuuabunt. Et sic etiam dico de alijs egritudinibus de quibus supra ꝛ infra.

❡ Uidebitur etiam aliquibus mirabile. ꝙ conferre possint in empymate in quo materia saniosa educēda est a cōcauo pectoris: quod tamen iste pillule facere nō possunt: cū leuissime sint ꝛ in valde modica quātitate exhibeantur. Dico ꝙ ꝛ si materiā cōiunctā euacuare non possint possunt tamē facilitare sputū leniendo vias: ꝛ hoc non parū facit in cura. Et ex alia parte euacuando ꝛ diuertēdo multas materias que irent ad pectus ꝛ trāsirent in causam cōiunctā empymatis: iuuare possunt: et de facto iuuant. Exhibeas igitur: et faciliter succedet.

❡ Magis mirum est ꝙ conferre possint in ptisi: ꝛ tñ ad veritatē de facto cōferūt vt dixi merito cause antecedētis. Uerum quia febris ethica concomitatur ptisim. ideo debet medicus aduertere vt pillule tendāt ad frigidū vel saltē detur pillula cū aliquo apozimate frigido: vt soleo facere cū syrupo vel iulep violato vel cū syrupo de nenufare vel de papauere. vbi vides maiorē necessitatē infrigidatiōis vel ingrossatiōis: et sic cū vna pillula do vnū bonum coclear syrupi violati vel de nenufare vel de papauere. Et sic etiā facio in alijs dispositiōibus in quibus dubito: ne pillula aliqualiter calefaciat. Et in aliquibus casibus exhibeo cū syrupo rosato facto ex influxione rosarū ꝛ reperio ꝙ iuuat operationē pillule. Sed in egritudinibus pectoralibus capio syrupū violatū: vel de papauere de iniubis: aut de nenufare: aut de capillis veneris: ſm maiorē vel minorem necessitatem infrigidationis: addendo semper etiam in pillulis aliqua pectoralia.

❡ De peripleumonia ꝛ pleuresi nō intēdo loqui: cū ipsoꝝ cura indigeat alijs ꝙ pillulis: tamē in aliquibus doloribus pectoris proueniētibus a materia frigida: aut a ventositate possunt conuenire saltē vt dixi euacuando aliquas materias que stant sub forma cause antecedentis. Ideo possunt fieri hoc modo.

❡ Pillule contra dolorē pectoris a causa frigida vel ventosa.

❡ ℞. polipodij cobercini electi: agarici albi ꝛ electi aā. ℥.ʒ. castani masticis. aā. ℈.j. croci. ℈.ʒ. pillularū elefanginarū. ℥. iij. confice cum syrupo de ysopo vel de liquiritia. vj. vel. vij. pro. ℥. et da vnam añte cenam et aliquando eunti dormitum.

❡ Uenio nunc ad membra naturalia in quoꝝ dispositiōibus reperi has pillulas efficacissimas. Et primo incipiā a stomaco tāquā a mēbro deseruiēti toti corpori: et in quo mēbro sepius generātur egritudines. Cuius causam imaginor. Primo quia est mēbrū neruosum: ꝛ sic valde sensibile. Secūdo ipsi immediate occurrūt cibaria que humano corpori apponunt̄ quequidē cibaria difficile est ita bene mēsurare ne in qualitate peccent aut quātitate. Dico etiā in corporibus ratiōe ꝛ cōtinētia vtētibus quātomagis hodiernis tpibus in corporibus laxiuie deditis gulositati quoꝝ vt sic dicā deus venter est. Et ideo non mirū si cōmunitas hominū cōiter cōqueritur de stomaco. Ueruntamen sicut stomacus faciliter egrotat. ita etiā faciliter curā recipit: nisi ad apostema aut ad raritatē testure vilorū deueniret cū qua nō est spes: vt volūt auctores. Et causa facilis curationis est: qm̄ medicine sibi

cine sibi applicate ab intus: vel etiam ab extra: occurrũt immediate vel quasi ipsi stomaco: videlicet que intus sumunt ante ꝙ spolietur aliqua earũ virtute. Non sic aũt ꝯtingit de alijs mẽbris: ad que antequaꝫ medicina attigere possit multotiẽs sua virtute spoliat: saltẽ multũ perdit.

¶ Et ideo precipit princeps quarta primi: ꝙ cũ volum9 exhibere medicinã que ad longinq mẽbra trãsire debet ipsaꝫ fortiorẽ faciam9. Medicine etiã que ad extra stomaco applicant satis immediate stomaco occurrẽte: exceptis corporibus valde pancificis: in quib9 propter grossitiẽ mirach tardat impressio medicinarũ in stomacis ipsorum: siue ante siue retro approximẽtur: verũtamen citius ꝙ in alijs membris: dico alijs partibus.

¶ Et quia stomacus est sicut paterfamilias corpis studẽduꝫ est vt in sanitate cõseruetur: ꝛ lapsus ad sanitatẽ reducat: ꝛ eo maxime qꝺ est mẽbruꝫ facilit recipiẽs superfluitates ab alijs mẽbris: vt colerã ab epate ꝛ chisti fellis: melãconiã a splene: flegma a capite: vnde cõiter stomac9 lacuna flegmatũ appellat: et sic etiã a venis ꝛ a toto recipe potest superfluitates.

¶ Et hinc euenit ꝙ tollerare famẽ stomacũ putridis replet humoribus tertia primi ꝛc. Ideo ordiabo pillulas in dispositiõibus stomaci conueniẽtes. Et soluꝫ loquar de dispositiõibus naturalibus in quibus maxime conueniũt pillule.

¶ Et primo in mala cõplexione cũ materia frigida: cõuenirẽt pillule elefangine sole: pillule de yera simplici cũ agarico: vel sine. Conueniũt etiaꝫ pillule masticine Consiliatoris. Pillule stomatice Mesue cõmixte simul; vel alique ex eis sole. Uerũ ponaꝫ aliquas cõpositiões solas: quas reperi vtilissimas: cũ quibus rectificaui plures stomacos bene debiles: vt erat stomacus clarissimi quõdaꝫ doctoris dñi Christofori de nicellis: qui per lõguꝫ tẽpus spaciũ steterat cũ magna sto maci debilitate: ꝛ per annos quindecim ante ipsius mortẽ ita rectificatus fuit stomacus suus: ꝙ a post vsqꝫ ad mortẽ nulluꝫ percipit in stomaco nocumẽtũ: ꝛ erat octuagenarius in morte sua: ꝛ vtabatur pillulis infrascriptis.

¶ Pillule confortantes stomacum frigidum: et ipsum mundificantes.

¶ Recipe pillularum elefanginarum. ʒ. iij. mirabolanorũ chebulorum. ℈. ij. masticis. ℈. j. ꝯfice cũ syrupo de corticibus citri: aut cũ melle rosato. vij. pro. ʒ. da vnã ante cenã.

¶ Si quis auteꝫ paratus esset multũ ad opillatiões: dimittãtur mirabolani: quãuis propter paucã ita quãtitẽ nocere nõ possunt. Etiã species elefangine resistũt opillationi. Ad abundãtem tamen cautelam: ꝛ vt tollas materiam obloquendi dimitte si placet.

¶ Pillule alie aliqualiter fortiores confortantes stomacum frigidum et humidum.

¶ Recipe pillularum elefangiarum. ʒ. iij. agarici trociscati. ʒ. j. masticis. ℈. j. misce cum syrupo de absynthio fiant. vij. pro. ʒ. Da vnam ante cenam: ꝛ continua.

¶ Pillule alie adhuc aliqualiter fortiores ad eandem intentionẽ.

¶ Recipe pillularũ de yera simplici: pillularũ elefanginarũ ana. ʒ. ij. turbith electi confricati cũ oleo amigdalarũ dulciuꝫ ℈. j. agarici trociscati. ʒ. ʃ. zinziberis masticis ana. ℈. ʃ. confice cuꝫ syrupo de corticibus citri. Et da vt supra.

¶ Et quia cuꝫ ista dispositione frigida ꝛ humida vt plurimũ coniũgit multa ventositas. Ideo conueniũt pillule infrascripte: quas reperi magni iuuamenti: licet etiam alie bone sint.

¶ Pillule contra ventositatem stomaci ꝛ intestinorum.

¶ Recipe cartami. ʒ. ʃ. semis cimini parum torefacti. ℈. j. agarici trociscati. ℈. ij. pillularũ elefanginarũ. ʒ. ij. ꝛ. ʃ. masticis. ℈. ʃ. Confice cum melle rosato. vij. pro. ʒ. Da vnam ante cenam: ꝛ sunt experte.

¶ Pillule alie ad eandem intentionem: ꝛ sunt fortiores.

¶ Recipe pillularuꝫ elefanginarũ. ʒ. iij. agarici trociscati: cartami ana. ʒ. j. masticis. ℈. j. confice cuꝫ syrupo de absynthio vj. vel. vij. pro. ʒ. Da vnam ante cenam.

¶ Pillule alie ad eandem intentionem: ꝛ sunt fortiores.

¶ Recipe coloquintide. ℈. j. cartami agarici trociscati ana. ʒ. ʃ. pillularum elefangiarum

ʒ.iij.bdellij.masticis ana.℈.ß. Confice cũ syrupo de absynthio: aut cũ vino odorifero: ⁊ fac.vj.vel.vij.pro.ʒ. Da vt supra.

Et valent omnes supradicte recepte in doloribus stomaci: prouenientibus a causis predictis.

Verũ Montagnana docet in dolore stomaci clamoso exhibere vnam pillulã elefanginaꝝ cum vno grano opij. Quod aliquãdo feci ⁊ reperi iuuamẽtum. Sed proueniebat ille dolor a materia colerica principaliter. Et clarũ est ꝙ in tali casu magis directe conuenit.

Valent etiaꝫ dicte pillule in pluribus stomaci dispositiõibus: vt sunt debilitas digestiue a materia frigida: anxietas stomaci: singultꝰ eructuatio: dolores: vomitus: nausea: cũ proueniũt a causa supradicta. Naꝫ in oibus istis vidi istas ⁊ consimiles pillulas non parũ conferre: ⁊ maxime quãdo non est multa materia.

Pillule contra dolorem stomaci a causa calida.

Recipe thamarindoꝝ.ʒ.j.pillulaꝝ elefanginarũ.ʒ.iij.pulueris reubarbari electi.℈.ij. mirabolanoꝝ citrinorũ.ʒ.ß. spice grana.vj.masticis.℈.ß. misce.cum succo rosarũ: fac pillulas.vij.pro.ʒ. Da vnã ante cenam.

Pillule alie ad eandem intentionem pro delicatis.

Recipe mãne granate thamarindorũ ana.ʒ.j.pillularũ elefanginaꝝ.cum succo endiuie: quarũ descriptio superius posita est.ʒ.iij. puluis reubarbari electi. ℈.ij. spice gra.iij.masticis.℈.ß.Confice cũ syrupo rosato: fac vt supra.

Valent iste pillule quãdo materie colerice profluũt ab epate ad stomacũ: vel a chisti felis. In quibus casibus ꝯueniũt etiã mirabolani appositi in pillulis: vbi vt dixi nõ immineat periculũ alicuiꝰ notabilis opillatiõis. Si autẽ materia existens in stomaco fuerit melãconica: licet sit difficilis euacuatiõis cuꝫ aliqli tñ adiutorio alicuiꝰ digestiui poterit hec materia euacuari. Et digestiua etiã reqruntur qñ materia est multũ viscosa. Describaꝫ igit pillulas in hoc casu ꝯuenientes.

Pillule contra materiam melanconicã in stomaco existẽtem.

Recipe polipodij coercini non corosi ʒ.j.foliculoꝝ sene: agarici trociscati: ana.℈.j.masticis: semis anixi.℈.ß.pillulaꝝ elefangiaꝝ.ʒ.ij.⁊.ß.ꝯfice cũ succo fumiterre aut cũ syrupo eiusdẽ: ⁊ fiãt pillule.vj.vel vij. pro.ʒ. Det vna ante cenã ꝯtinuãdo.

Pillule alie ad eandẽ intẽtioneꝫ.

Recipe tartari loti: agarici trociscati: foliculorũ sene: ana.℈.j. thimi epithimi ana.℈.ij.pillulaꝝ elefanginarũ.ʒ.iij. masticis: seminis anixi ana.℈.ß. Confice cũ syrupo de epithimo: vt supra.

Pillule alie ad eandem intentionem: sed fortiores.

Recipe pillulaꝝ elefanginaꝝ.ʒ.iij. lapidis lazuli preparati siue loti trigesies: vt docet Mesue grana.xv.polipodij foliculoꝝ sene: agarici trociscati añ.℈.j.masticis.ʒ.ß.Confice cũ vino odorifero: aut cũ syrupo de corticibꝰ citri: idest.viij.pro ʒ. da vt supra. Sed vide ꝙ corpus sit robustũ ⁊ stomacus naturaliter fortis.

Si autẽ materia aliq̃ flegmatica fluat ad stomacũ a capite cõueniũt pillule infrascripte: de quibus do vnaꝫ dum vadit dormitũ vna die: ⁊ alia die vnã ante cenã immediate: quarũ descriptio talis est.

Recipe pillulaꝝ de yera simplici. ʒ.ij. pillularũ elefanginaꝝ.ʒ.iij.mirabolanorũ chebuloꝝ.ʒ.j. mirabolanorũ citrinoꝝ agarici trociscati ana.ʒ.ß.masticis.℈.j.Cõfice cuꝫ melle rosato.vj.vel.vij. pro.ʒ. Et da vt s̃. Valent etiã iste pillule si materia flegmatica esset inbibita in villis stõaci.

Vidi plures fuisse curatos a debilitate digestiue: ⁊ alijs egritudinibꝰ stomaci ex vsu pillularũ elefanginarũ continuato. Nec mirũ quoniã euacuãdo confortant: vt patet inspicieti ipsaꝝ cõpositioneꝫ que ad veritatẽ singularissima est.

Valent etiam miro modo in istis casibus pillule stomatice Mesue descriptione quarta: quas dicit nostras.

Et nota qr dicit ꝙ capiũtur omĩ tpe: ⁊ sic facit etiã pro opinione mea ꝙ possint exhiberi ante cenã: ⁊ tñ in ipsis ingredit turbith in satis bona dosi: ⁊ sic a fortiori pillule elefangie ⁊ alie sepius ordinate.

Transeã nunc ad dispositiões epatis in quibus etiã pillule nõ parũ conferũt. Et qr in epate et venis meseraycis aliqñ

reperiuntur opillationes q̃ causare possunt et de facto causant multas egritudines vt febres: fluxus ventris diuersos: vt suis locis colligẽdum. Ideo incipiam a pillulis remouẽtibus opillationes que vtiles erunt maxime precedentibus vniuersalibus.

¶ Pillule contra opillationem epatis a causa frigida.

¶ Recipe agarici trociscati cũ vino infusionis: zinziberis.ʒ.j. pulueris trociscorũ dyarodõ.℈.ij. pillularũ elefanginarũ.ʒ.iij. masticis.℈.ʃ. Confice cũ syrupo de eupatorio vel succo eiusdẽ septẽ pro.ʒ. De quibus potest dari vna ante prandiũ et vna ante cenam: aut solũ vna ante cenã. Et si detur.ʒ.j. vel.℈.iiij. in aurora cũ aliquali custodia sunt multũ iuuatiue.

¶ Et nota q in tali casu efficatiores reperio ante cenã q̃ ante prãdiũ: et hoc forte est propter rationẽ quã precipit princeps dari pillulas asayaret euuti dominũ. Ne scilicet motus et vigilie impediãt earum operationem. Uerum quia querimus operationem harum pillularuʒ circa membra naturalia. Ideo potius laudo exhibeantur ante cenam q̃ post.

¶ Pillule alie contra opillationẽ epatis et ipsum cõfortantes.

¶ Recipe pulueris trociscoruʒ de rosis et eupatorio.ʒ.j. reubarbari electi.ʒ.ʃ. agarici trociscati.℈.j. pillularum elefanginarum.ʒ.iij. spodij.℈.j. masticis.℈.ʃ. Confice cum succo eupatorij aut syrupo eius vel vino maluatico: fiant septẽ pro ʒ. Da vt supra.

¶ Pillule alie ad eandem intentionem vbi dubitatur de calefactione.

¶ Recipe reubarbari electi.ʒ.j. spice spodij. cuscute ana.℈.ʃ. thamarindorum.ʒ.j. pulueris trociscorũ dyarodon.℈.ij. pillularum elefanginarũ.ʒ.iij. Et si sint cuʒ succo endiuie erunt meliores in hoc casu masticis.℈.ʃ. Confice cũ syrupo de endiuia: et fac pillulas. Et da vt supra. Et si dares.ʒ.j. vel.℈.iiij. bono mane: sunt singulares et bone ac experte.

¶ Ualent etiã singulariter in remouẽdo opillatiões epatis pillule imperiales dũmodo sint bene composite: quod dico: qz in ipsaruʒ compositione ingredit notabilis quantitas reubarbari: et apothecarij aliqui vel non ponunt debitã quãtitatem vel non ponunt de meliore. Et ideo quando ordino pro aliqua egregia persona volo esse presens compositioni.

¶ Descriptionẽ vero harũ pillularũ ponit Arnaldus de villanoua dominorum vltramontanorum nouiter practicantiũ iudicio meo decus et primus.

¶ Pillule alie ad eandẽ intentionẽ.

¶ Recipe pulueris trociscorum de rosis et de eupatorio descriptione Mesue.ʒ.j. pulueris trociscorum de reubarbaro.ʒ.j. thamarindorum.℈.iiij. pillularũ elefanginarũ cum succo endiuie.ʒ.iij. Et si vis maiorem confortationem stomaci adde masticis.℈.j. Et confice cum syrupo de eupatorio vel de endiuia. Et fac pillulas vt supra.

¶ Et nota q aliquando exhibeo vnam ante prandiũ: et vnã ante cenaʒ: maxime dum video virtutẽ fortẽ et bene succedit.

¶ Et reperio has pillulas multũ cõfortare epar debile. Sed semper aduertat medicus ad malam complexionem calidam vel frigidam: et sic ordinet pillulas vt nocere non possint merito discrasie.

¶ Et cum istis vel similibus pillulis vidi curari aliquos hydropicos etiã asclticos. Fiebant tamen alia multa vt cõfectiones: emplastra: vnctiones: syrupi et consimilia querẽda locis proprijs: quia hic nisi pillulas inuenies.

¶ Pillule contra hydropem asclitem a causa frigida.

¶ Recipe agarici trociscati.ʒ. vnam: pulueris trociscoruʒ dyarodon.℈. duos pillularum elefanginarum.ʒ.iij. confice cũ modico succi yreos septem pro.ʒ. Da vnam ante cenam. Et si vis etiam vnam ante prandium.

¶ Pillule alie fortiores ad eandẽ intentionem.

¶ R. pillularũ elefanginarũ.ʒ.iij. agarici trociscati.ʒ.ʃ. masticis.℈.j. soldanelle ℈.j. et ista soldanella est nouiter in vsu: et reperitur in riparia Ianue. Et in pandectis reperio post multas remissiones q euacuat aquã citrinã: et ita experiẽtia cõ

probatuꝫ est: sed est satis forte solutiuū. Et ideo tutius est exhibere has pillulas de mane ꝙ̄ miscere cū cibo. Et dare dragmā vnā vel scropulos quattuor. Tamē si vis dare ante cenā in forti virtute potes: attēta modica quātitate ipsius. Nā in pillulis vigintiocto nō ingrediūtur nisi grana viginti soldanelle: et sic due partes vni⁹ grani vel circa in q̄libet pillula.

¶ Pillule ꝯtra hydropisim a cā frigida.

¶ Recipe pulueris trociscoꝝ de cāphora. ℈.ij. reubarbari electi. ʒ.j. pillulaꝝ elefanginarū. ʒ.iij. Et si erunt cū succo endiuie meli⁹ erit tha mari doꝝ dragmā vnā ⁊ mediā misce ⁊ cōfice cuꝫ succo endiuie si opus sit septē pro dragma. Da vnā ante cenā. Et si vis etiam vnā ante prandiū.

¶ Ualent etiam ad istā intentionē pillule de eupatorio maiores ⁊ minores Mesue: quarum descriptio talis est.

¶ Pillule de eupatorio minores.

¶ ℞. mirabolanoꝝ citrinoꝝ rauetsene succi eupatorij: aloes ana ptes equales. Confice cum aqua apij. Et da vt supra.

¶ Has pillulas dicit Mesue ꝙ sunt ex intentione maioꝝ: que conferūt hycteritie ⁊ opillationibus epatis: ⁊ tamen in ambabus descriptiōibus ingrediuntur mirabolani in satis bona dosi. Et sic nō dubitabat ꝙ facerēt opillationem: vt faciūt multi scropulosi: bene credo ꝙ si darētur soli: inducere possent opillationē. Et hoc credo voluit Mesue: in capitulo de mirabolanis. Sed qñ exhiberetur cū alijs ⁊ maxime cū fortiter aperiētib⁹: nō solū nocēt: imo notabiliter iuuāt. Et ista de cā multotiens pono de mirabolanis cū pillulis elefangis nec spero sit error.

¶ Pillule cōtra hydropisim a causa calida ⁊ sunt pro nobilibus.

¶ ℞. pillularū imperialiū: pillularū elefanginarū cū succo endiuie. ʒ.ij. ⁊. ʒ. tha marindoꝝ: māne ana. ʒ.j. reubarbari electi. ʒ.j. seminis endiuie ⁊ lactice ana. ℈.j. spodij spice añ. ℈.ʒ. Confice cū mucilagine psilij sex vel septeꝫ pro. ʒ. Da vt supra et sunt secure ac experte.

¶ Pillule ꝯtra hydropisim a cā frigida.

¶ Recipe pillularū elefanginaruꝫ. ʒ.iij. pulueris specierum dyalace. ℈.ij. agarici trocisca ti. ʒ.j. ⁊. ʒ. masticis. ℈.j. Cōfice cuꝫ syrupo de eupatorio. Da vnā ante cenā continuando: et si vis aliquando. ℈.iiij. de mane ⁊ possunt cōfici cū succo yreos: et erunt aliqualiter fortiores.

¶ Ualere etiā possunt consimiles pillule in fluxib⁹ opillatiuis ⁊ in dyaria. Ubi tamē dubitam⁹ de nimia lubricitate possumus addere. ʒ.j. reubarbari torefacti plus et minus ſm necessitatē: vel de mirabolanis ⁊ sunt incolumes: euacuāt eñ materias que sunt causa opillationuꝫ: ⁊ cum hoc confortant membra naturalia. Possunt ergo ordinari vt infra.

¶ Pillule cōtra fluxū epaticū ex opillatiōe cū magna lubricitate.

¶ Recipe pillularū imperialiū. pillularū elefanginarum ana. ʒ.ij. pulueris specierū dyalace. ʒ.j. reubarbari parū torefacti: mirabolanoꝝ citrinoꝝ ⁊ parū torefactarū ana. ℈.ij. seminis endiuie ⁊ portulace spodij ana. ʒ.j. confice cū vino albo odorifero. Et valēt iste pillule qñ materia est mixta ex flegmate: ⁊ colera: sicut cōmuniter est: vt satis patet inspicienti ingredientia. Sed non curo verificare receptas: quia vltra intentum prolongarem sermones meos.

¶ Ualere etiam possunt in tumoribus ⁊ duriciebus epatis: immo in apostematibus: si diligens medicus cōsiderabit casum: et habebit respectum ad febrē quādo cōcomittatur has dispositiones. Et considerabit etiaꝫ alia de quibus supra. Et maxime valēt in euacuatiōe materie que stat sub forma cause antecedentis.

¶ Uerū quia doctores dicūt: quia aloes nocet epati: vt Mesue capitulo proprio posset aliquis non immerito dubitare ꝙ iste pillule nō conuenirent in dispositionibus epatis. Et multi de facto se custodiūt in exhibēdo. Tamē attento ꝙ aloes est lotus ⁊ sic ab eo resolute sunt partes magis subtiles cū quibus nocere poterat: credo possunt exhiberi: maxime in tā modica q̄titate: ⁊ eo magis ꝙ multa sunt in dictis pillulis habētia rectificare ipm aloes si rectificatiōe idiget: ⁊ ipsuꝫ epar ꝯfortare. Quare nō credo posse nocere.

¶ Quia tamen aliq̄ sunt ita scrupulosi ⁊ timidi ad oīa quātūcūq; minima ocu-

los aperiētes: et qui nullo pacto exhibe- rent aliquā aloeticā medicinā. Ideo volui etiā ipsis satisfacere ordinādo pillulas in quibus aloes nō ingreditur.

¶ Pillule sine aloe contra opilationem epatis.

¶ Recipe reubarbari electi.ʒ.ij.spice.℈.j.pulueris trociscorum diarodon: trociscorū de rosis: et de eupatorio ana.ʒ.ß.polipodij:cartami: agarici trociscati ana.℈.ij. ligni aloes: macis cardamomi: folij cuscute spodij:masticis ana.℈.ß.confice cū syrupo de eupatorio vel de endiuia:si times caliditatē.vj.vel.vij.pro.ʒ.et da ante pastū vnam: et si vis dabis de mane.℈.iiij.precedāt tamen digestiua et crūt cum aliquali custodia.

¶ Omittā hic plures descriptiōes pillularum:que sunt conueniētes in multis disposi tiōibus epatis: sed quia sunt valide fortes vt pillule de mezereon in asclite que euacuāt fortissime. Ideo si quis vult ipsas exhibere:videat Mesue et alios doctores qui plures pillulas describūt: quia hic solū intendo describere pillulas leues: que omnibus horis et sine custodia possunt exhibe ri:vt sunt pillule etiam de reubarbaro descriptiōes Mesue quas videre poteris. Nec dubitauit Mesue apponere mirabolanos etiā in bona dosi:vt.ʒ.iiij.et.ß.Et tñ querit de opilatiōe: cū dicat ipsas cōferre febribus antiquis que raro absoluūtur ab opilatiōe: vt clarū est. Conuenire etiā pūt dicte pillule in hycteritia citria et etiā in nigra: et expte sunt infrascripte

¶ Pillule contra hycteritiā citrinam.

¶ Recipe pillularū imperialiū.ʒ.ij.pillularum elefanginarum.ʒ.j.et.ß.cuscute: cassie lignee:spice spodij ana.℈.j.agarici trociscati.ʒ.j.confice cū syrupo violato:vel de endiuia.vj.vel.vij.pro.ʒ. Da vnam ante cenam continuādo.Et si vis dare vnā bonā dosim:de mane potes: cū aliquali custodia.

¶ Alie pillule ad eandem intentionem pro pauperibus.

¶ Recipe pillularū elefanginarū.ʒ.ij.et ß.reupōtici.ʒ.j.spodij: cuscute:spice ana ℈.j.trociscorum diarodon.ʒ.ij. Confice cum vino odorifero: et da vt supra.

¶ Pro hycteria autem nigra oportet habere respectum ad materias melanconicas:et ideo possunt fieri:vt infra.

¶ Pillule contra hycteritiā nigram.

¶ Recipe foliculorū sene polipodij cobercini ana.℈.ij.pillularū elefangiarum.ʒ.iij.agarici trociscati.ʒ.ß. Confice cū syrupo de fumoterre:et da vt supra.

¶ Pillule alie ad eandē intentionē.

¶ Recipe tartari vini albi.ʒ.j.thimi epithimi cuscute ana. ℈.j.pillularū elefanginarū.ʒ.iij. Confice cū syrupo de epithimo:et da vt supra: et sunt bone. Intellige tñ has receptas maxime conuenire precedentibus vniuersalibus. Nam stāte notabili replectiōe:aut multa materia faciēte opilationē:oporteret ad alia trāsire pro perfectiōe cure. Ideo tā in dispositiōibus dictis quam dicēdis habeatur recursus ad ea que dicta sunt in principio. Operis quoniā semper replicare incōueniēs puto.

¶ In dispositionibus splenis reperi has pillulas notabiliter conuenire:siue sit apostema:siue durities. Nam multotiēs apostema splenis terminatur: imo vt plurimum sine supoꝛatione vel exitura.

¶ Ante tñ quā veniā ad descriptiōem pillularū: dicā vnū bene expertū in duritie splenis:et vngere ex ysopo humida. Et si vis fortius resolutiuū et mollificatiuū: capias ysopi cerotū descriptiōe Philagri: in quo etiā mirabilem effectū inuenies. Uerum hec incidēter dicta sunt. Prosequar in pillulis nostris.

¶ Pillule contra duritiem splenis.

¶ Recipe pulueris corticū radicū capparorū thamarisci foliculorum sene ana.ʒ.ß. seminis anisi masticis añ.℈.j.agarici trociscati.ʒ.j.pillularū elefanginarū.ʒ.iij.ß. Confice cum vino aromatico.vj.vel.vij. pro.ʒ.Da vnam ante cenam:et perseuera: et videbis iuuamentum.

¶ Pillule alie ad eandē intētionem.

¶ Recipe polipodij:tartari:foliculorum sene ana.ʒ.ß.pulueris speciarū yere sine aloe.℈.ij.pillularū elefanginarū.ʒ.iij. seminis anisi: cinnamomi: masticis ana. ℈.ß. Confice cum syrupo de epithimo. Et da vt supra.

¶ Pillule alie ad eandē intētiōem.

ysopus humida in durities splenis
Cerotum ysopi philagrij

¶ Recipe pulueris trociscoꝝ de capparibus.ʒ.i.agarici albi ⁊ electi.ϵ.ij. salis gēmme.℈.ß.pillulaꝝ elefanginaꝝ.℈.ij.ß.Confice cū oximelle cōposito. Et da vt supra.

¶ Pillule ad eandem intentionem: sed fortiores.

¶ Recipe lapidis lazuli loti tricesies fm doctrina Mesue.℈.ß. pillularum elefanginarum.ʒ.iij. masticis.℈.j. foliculorum sene.ʒ.ß. Confice cum succo fumusterre: vel syrupo eius. Et da vt supra.

¶ Valet etiā ad eandē intētionez pillule experte ad opillatiōez splēis quas describit Mesue. Et est vltima descriptio pillularū suaꝝ: ⁊ valēt etiā ad plures alias dispositiōes vide receptā: q̄ tibi placebit.

¶ Sunt etiaz dicte pillule singulares in melācōia mirachia. Sed in illo casu q̄m materia melācōica vltra difficultatē sue euacuatiōis: est in mēbro aliq̄liter elongato: ꝙ virtus vni⁹ parue pillule nō bene pōt ipsaz euacuare. Ideo laudo vt precedētibus aliq̄bus digestiuis def de mane.ʒ.j.vel.℈.iiij.aut.ʒ.j.ß.cū aliq̄li custodia: ⁊ sunt vtiles: postea vero si exhibeatur omi die vna erit conueniens.

¶ Venio nūc ad intestia: que plures patiūtur egritudines: in quibus iste pillule valde ꝯueniūt. Et prio in aliq̄bus speciebus fluxuū: vt est lieteria a materia flegmatica lubricāte cibū a stomaco añ ipsi⁹ distionē: cōcurrēte ēt stomaci debilitate.

¶ Pillule contra lienteriam a materia flegmatica.

¶ Recipe corticū mirabolanorū chebuloꝝ.ʒ.j.masticis.ʒ.ß. pillulaꝝ elefanginarū.ʒ.ij. Confice cū miua citrinorū.vj. vel vij.pro.ʒ. Et da vnā ante cenā. Et potes etiā dare vnā ante prandiū. Et si queris maiorē stipticitatē: fac vt mirabolāi sint parū torefacti: ⁊ auge ipsorū dosiz ponēdo.ʒ.j.⁊.ß.vel plus si videbitur.

¶ Pillule ad eandem intentionem pro nobilibus.

¶ Recipe reubarbari electi parū torefacti.ʒ.j.ß.mirabolanoꝝ chebulorū etiā parum torefactorū.ʒ.ij. pillularū elefanginarū.ʒ.iij.masticis.ϵ.ij. Confice cuz melle rosato: ⁊ da vnam ante cenam. Et si tibi videtur.ʒ.j.vel.ʒ.j.ß.de mane.

¶ Sed quia vltra pillulas habeo vnū secretum per me in ciuitate Thuronis in persona magistri Nicolai tiglart generalis Francie: qui summe dilectus erat a rege quē physici regis dicebāt non posse curari. Et mouebātur hac ratiōe: q̄ passus fuerat vnā magnā disinteriā: ⁊ vt asserebant: fuerat magna excoriatio tā in intestinis gracilib⁹ quā in grossis: ⁊ consequēter ꝙ fere in oībus partib⁹ intestinorū erant cicatrices ex quib⁹ adeo debilitata erat virtus retētiua ꝙ retinere non poterāt partes chili que egrediebātur a stomaco. Nā stomacus suus apparebat sanus licet frigidus ⁊ hūidus: ⁊ sic durauerat fluxus ille per sex vel septē mēses. Ego dicebā illis dominis medicis ꝙ nō bene videbā possibilitatē istaz: videlicet ꝙ ita vniuersalis fuisset omniū intestinoruz excoriatio ꝙ deuētum fuisset ad illaz vniuersalē intestinoꝝ cicatricez per quā tantū fuisset virtus retentiua debilitata. Nam difficile est hoc videre in corpore humano stante vita.

¶ Sed dicebaz hoc prouenire a magna humiditate viscosa aliq̄liter: que lubricitatis huius causa erat: ⁊ ꝙ ista humiditas partiz descēdebat a capite. Naz erat hūidi cerebri: partim etiā in stomaco generabat. Nam stomacus suus frigidus erat ⁊ humidus: ⁊ post multa remiserunt mihi curā: ⁊ feci inter alia vnā decoctionez quā appellabā. Hyppocras de mirabolāis: ⁊ ad veritatē fuit maior pars cure dabā de mane.℥.iij.vel.iiij.in aurora vna die ⁊ alia nō: cuius descriptio talis erat.

¶ Recipe mirabolanorū chebuloꝝ.ʒ.x. mirabolanorū citrinoꝝ.ʒ.v.passularū.℥.ij.fiat decoctio in.℥.xxvj.aque vsq̄ ad cōsumptionē tertie partis: postea coletur cū aliquali expressiōe: et in colatura dissoluatur zuccari boni.℥.x. et clarificetur aramatizādo cū.ʒ.vj. cinnamomi electi: ⁊ est satis delectabilis. Et educebat tribus vel quatuor vicib⁹ materiā aquosaz satis viscosam. Et tandē cuz auxilio dei cessauit ille fluxus. Verū est ꝙ etiam fiebant vnctiōes: ꝯfectiōes: diuertētia etiā. Sed vt dixi illa decoctio fuit radix cure. Feci satis magnā disgressionez: sed spero non erit inutilis.

¶ In fluxu autem a materia colerica: si sit excoriatio recurre ad clisteria: et alia

remedia in locis proprijs: tamen reperi bas pillulas conuenire.

¶ Pillule contra fluxum intestinalē a materia colerica etiā excoriāte.

¶ Recipe reubarbari electi ꝛ parū torefacti.ʒ.ij.mirabolanoꝝ citrinoꝝ etiā paruꝫ torefactoꝝ.ʒ.j.pul.trociscoꝝ de spodio cū semine accetose.ʒ.j.ʒ. masticis.℈.j.cōfice cum mucilagine dragantoꝝ. vj.vel.vij.pro.ʒ. Da vnā singulis dieb⁹ ante cenā ꝛ vnaꝫ ante prandiū si tibi videbitur potes etiā dare de mane si videbitur ʒ.j.vel.℈.iiij. Et siquis diligeret poti⁹ bibere:possent dissolui cū modico aque endiuie et addere. ℥.j. syrupi rosati facti ex rosis siccis:ꝛ exhibere de mane.

¶ Quādo autē materia colerica mordicando:ꝛ excitādo virtutem expulsiuā est causa fluxus: ꝛ adhuc nō est excoriatio: valēt dicte pillule. Sed medicus diligēs sit:ne fiat excoriatio: ꝛ hoc fiet cū clisteribus lauatiuis:in quibus ingrediaꝛ gummi dragagātuꝫ puluerizatū: videlicet.ʒ.j.pro singulo clisteri: non ponaꝛ de eo in magna quantitate: q2 nimis inspissaret: sed in debita quātitate facit mucilaginē: q̄ prohibet intestia excoriari: vt claꝝ est.

¶ Inter egritudies intestinales est etiaꝫ dolor yliacus:ꝛ colicus:in quibus nō paruꝫ valēt pillule. Et q2 isti dolores aliqn̄ proueniūt a ventositate extēdente:aliqn̄ a retentiōe fecis:aliqn̄ a materia flegmatica:aliqn̄ a colera grossa:vt est colera vitelina. Ideo ponā receptas in vnoquoqꝫ casu conuenientes. Et primo.

¶ Pillule conuenientes in dolore colico vel yliaco a ventositate.

¶ Recipe agarici trociscati. ʒ.j. puluerꝫ cimini parū torefacti.℈.ij. pillulaꝝ elefanginaruꝫ.ʒ.ij.ʒ. cartami.ʒ.ʒ. masticis.℈.j. confice cū vino odorifero.vj. vel.vij.pro ʒ. Et da vnā ante cenā continuādo. Licet bene sciaꝫ clisteria in hoc casu magis esse iuuatiua:tū etiaꝫ ꝓferūt valde. Nec tū prohibeo clisteria vnctiōes ꝛ alia.

¶ Pillule alie ad eandem intentionem maxime quādo coniūgitur materia flegmatica ꝛ sunt fortiores.

¶ Recipe coloquītide electe.℈.ʒ.cartami agarici trociscati ana.ʒ.ʒ. cimini paruꝫ torefacti.℈.ij. pillularū elefanginaꝝ ʒ.ij. pillularū de yera simplici.ʒ.j. masticis.℈.j. Confice cum melle rosato.vj.vel vij.pro.ʒ. Et da vt supra. Nec miretur aliquis si pono in hac recepta coloquintidaꝫ:ꝛ do ante cenā quoniā princeps noster decimasexta tertij: caplo de cibatiōe colicoꝝ: aliquando docet exhibere turbith ꝛ scamoneā:etiam cū cibo: dū dicit.

¶ Et quādoqꝫ necessarium est vt ponatur turbith et scamonea in iure coꝝum et in pane ipsoꝝum.

¶ Et istud fortificat opinionem meam superius dictaꝫ: nec parū excusat Montagnanam.

¶ Nota q̄ Gentilis nihil dicit super illo passu. Spero nō curauit. Et nota hic q̄ in dolore yliaco pillule et alia assumpta per os magis valent:q̄ in colico. Et assumpta per inferius magis prosunt in colico:q̄ assumpta per supius:licet etiaꝫ per superius conferre possint ꝛ de facto conferant: et econuerso in yliaco. Dico alijs semper paribus.

¶ In dolore autē facto ex retentione fecū male possunt exhiberi: nec pillule nec alia per superius: nisi prius feces mollificētur cuꝫ brodialibus pinguibus:clisteris mollificatiuis: que precedere debent ante quā medicine per os exhibeantur. Uerūtamen possunt ordinari pillule: in quibus etiam est aliqua virtus mollificatiua:vt infra.

¶ Pillule contra colicam:in quibus est aliqualis mollificatio.

¶ Recipe manne granate electe. ʒ.j. ʒ. agarici trociscati.ʒ.j.tamarindoꝝ.℈.iiij. pillularū elefanginarū.ʒ.ij. misꝰ. cuꝫ syrupo violato si expedit: fac. vj. vel. vij. pro.ʒ.da vt supra. Et maxime valent iste pillule: vbi perciperetꝛ aliquid esse de colera: vbi aūt materia magis esset flegmatica conuenirēt pillule superius dicte cōtra ventositatē:vel etiam vt infra.

¶ Pillule contra dolorem colicum a materia flegmatica.

¶ Recipe polipodij: cartami: agarici trocisceti ana.ʒ.ʒ. pillularuꝫ elefanginarum.ʒ.iij.masticis.℈.ʒ. Confice cum melle rosato. Et da vt supra.

¶ Pillule ad eandem intentionem.

¶ Recipe pillularũ de yera .s. pillularũ elefanginarũ añ. ʒ. ij. agarici tro. ʒ. j. colo quintide. ℈. ss. cartami. ℈. ij. masticis. ℈. j. cõfice cum melle rosato. Et da vt supra.

¶ Ualent ad eandẽ intẽtionẽ pillule sto matice Mesue descriptione prima secũda ac tertia nec minus quarta quã suam dicit. Ualet etiã quinta. Ualẽt etiã pillule masticine et elefangine sole.

¶ Pillule alie cõtra dolorem colicũ et satis fortes.

¶ Recipe turbith electi ⁊ confricati cum oleo amigdalarũ dulciũ. ʒ. ss. agarici tro. ℈. ij. zinzib. masticis añ. ℈. j. pillularũ elefanginarũ. ʒ. ij. ss. cõfice cũ melle rosato: ⁊ da vt supra vel. ℈. iiij. de mane ⁊ reperies vtiles. Si aũt dolor esset nimis intẽsus posses dare vnã pillulã elefanginã cum vno grano opij vt etiã facit Alculanus: sed nõ cõtinues. Si aũt pticiparet de colera vitelina grossa q̃ bene põt esse cã colice: oporteret vt pillule tue aspicerent vtrãq; materiã: ⁊ potes ordiare hoc mõ.

¶ Pillule ɔtra colicã a colera vitelina.

¶ Recipe pillularũ de yera simplici pillarũ elefanginarũ cũ succo endiuie ana. ʒ. ij. reubarbari electi agarici troci. añ. ʒ. ss. thamarindorũ. ℈. ij. spice. gra. vj. masticis. ℈. j. Confice cum vino odorifero aut cũ melle rosato. vj. vel. vij. pro. ʒ. Da vnã ante cenam et sunt experte.

¶ Ualẽt etiã dicte pillule cõtra vermes qui pñt esse causa multorũ egritudinum: vt clarũ est. Ideo diligẽs medicus oibus iam sepe dictis diligẽter consideratis cõponet pillulas ⁊ applicabit ꝺm occurrẽtia. Uerũ solitus sum ordinare in forma q̃ sequit: ⁊ reperi iuuamẽtum nõ modicũ.

¶ Pillule contra vermes.

¶ Recipe agarici albi ⁊ electi. ʒ. j. semis alexãdri macedonici: cardonis bñdicti añ. ʒ. ss. salisgẽme masticis añ. ℈. ss. pillularũ de yera simplici. pillularum elefangi. añ. ʒ. ij. Confice cũ melle rosato. vj. pro. ʒ. da vnã ante cenã vel. vj. de mane.

¶ Pillule ɔtra vermes pro nobilibus.

¶ Recipe reubarbari electi: agarici trociscati añ. ʒ. j. ss. diptami granelle ꝑparate añ. ʒ. ss. corticũ ⁊ granorũ citri. seminis alexãdri añ. ℈. j. fragmẽtorum iacincti rubi norũ ⁊ granate ana. ℈. ss. spice. salisgẽme añ. gra. vj. aloes loti. ʒ. iij. cõfice cũ melle rosato. vj. vł. vij. pro. ʒ. Et da vt supra. Et si pueri pñt accipere sunt conuenietissime. Uerũ quia multi nõ possunt vel volũt accipere dimitto aloes: ⁊ do de puluere. ℈. j. vel circa cũ modico vino vel aqua zuccari: aut cum modico syrupo violato in forma doli ⁊ do de mane: ⁊ reperio magnum iuuamentum.

¶ Uenio nunc ad dispositiões renum in quibus recipio pillulas iuuatiuas inter quas sunt lapides renum et opillatiões eorum et viarum vrine: que maltotiens sunt causa dolorum renalium.

¶ Et qr materia generatiõis lapidum est materia flegmatica que in renibus retẽta cõuertitur in lapidẽ qñ est notabiliter viscosa: qñ vero nõ est ita viscosa cõuertitur in arenulas: que qñq; etiã faciũt ardorẽ vrine: et aliqñ excoriationes in vijs vrinalibus maxime in collo vesice: ideo clarũ est has pillulas multũ posse cõferre prio euacuãdo: scdo diuertẽdo. Euacuãdo prio materias flegmaticas q̃ reperiunt in stomaco: siue sint ibi genite: siue a capite vel alio mẽbro transmisse. Dico secũdo diuertẽdo: nam per vsum istarum pillularũ multe materie que trãsirẽt ad renes diuertuntur ad intestina que sunt loca cõueniẽtissima euacuatiõi: et sic cum duabus euacuationibus cõueniũt vltra cõfortationẽ mẽbrorũ que in ipsis pillulis reperit. Et qr superius descripte sunt multe pillule euacuãtes materiã flegmaticã. Ideo hic nõ multũ me extẽdã in receptis remittẽs me ad superi⁹ ordinata.

¶ Uerũ cõmemoro medicũ oportere diligẽter inquirere si hec materia flegmatica generetur in stomaco: aut per indigestionẽ merito debilitatis: aut propter cibos. Et tũc debet cõfortare stomacũ: aut rectificare retentionem vel facere vtrũq;. Uel si iste materie defluant a capite etiã rectificare cerebrũ: ⁊ cõsequẽter exhibere pillulas aspiciẽtes cerebrũ: ⁊ exhibere eũti dormitũ: vt docet princeps pria tertij cap. Cum materiam exhiberi pillulas asayaret: qr ad veritatẽ melius euacuãt a capite. Ideo possunt fieri pillule cõseruatiue a lapide renum quando materia

flegmatica descēdit a capite hoc modo: nam cū istis pillulis multos preseruaui.

¶ Pillule pseruātes a lapide renū dū materia flegmatica descendit a capite.

¶ Recipe pillularū asayaret.ʒ.iij.agarici trocisca.℈.ij.ligni aloes electi.℈.j. cōfice cum melle rosato.iiij.vel.v.pro.ʒ.da vnam eunti dormitum:plus tamē vel minus grossam vt supra.

¶ Pillule pseruātes a lapide renū qñ materia flegmatica generat in stōaco.

¶ Rx.pillularū elefanginarū.ʒ.iij.agarici trociscati.ʒ.j.masticis.ʒ.ʒ. ↄfice cū melle rosato aut cū syrupo de corticibus citri vel de absynthio.Et da vnā ante cenā continuando ⁊c.

¶ Pillule alie ad eandē intentionem:sed fortiores.

¶ Rx.turbith albi gūmosi ⁊ arundinosi.ʒ.ʒ.confice cum oleo amigdalarum dulciū nouiter facto.Deinde accipe pillularū elefanginarū.ʒ.iij.ʒ.zinzib.mastic aā.℈.j.Cōfice cū melle rosato.vj.vel.vij.p.ʒ.da vnā añ cenā ⁊ cōtinuādo videbis affectum bonum maxime in virtute forti.

¶ Pillule etiā elefangine sole sunt valde cōuenientes in hoc casu.Etiā pillule de octo reb⁹ siue de yera simplici.Et pillule stomatice descriptione Mesue quare eligas tibi magis gratas:⁊ exhibe.Ualent etiā masticine.

¶ Et si vis has pillulas etiā habere respectū ad cōminuēdū lapidē:potes in illis pillulis aliqd addere ex his q̄ approprietate valēt vt sunt cinis vitri facta fm artē:vel sanguis yrci:aut cinis caude tremule:lapis iudaycus:qui etiā solutiuus est aliqualiter:vel lapis spōgie:cortices ouorū ex quibus exiuerint pulli:oculi cācrorū cinis scorpionū:cinis leporis ossa parua leporis que reperiūtur circa iuncturā tibie posterioris circa genu:aut aliqd taliū in quib⁹ est virt⁹ frāgēdi aut cōminuēdi lapidē:capiēdo vnā vel duo que tibi vtiliora videbūtur et q̄ tibi occurrēt.

¶ Et clarū etiā est has pillulas cōuenire in lapide vesice:maxime via preseruatiōis:tam euacuādo q̄ diuertēdo materias antecedētes que trahere possent in causam cōiunctā.Nō expectes tñ curā perfectam ex his si grossus sit.

¶ Sed quid dicemus in ardore vrine:et in excoriatiōe colli vesice:in quibus casibus prima facie ex toto discōuenire vidētur ratione specierū:⁊ aloes.Uerū qr experiētia cōperio has pillulas multotiēs cōuenire:dico q̄ licet ratiōe aloes et specierū nō cōuenirēt:possunt tamē taliter rectificari q̄ prodesse poterūt:⁊ nō nocere:et sic reperio īfrascriptas cōuenire saltim cū iuuamēto maiori nocumento.

¶ Pillule cōueniētes in ardore vrine.

¶ Rx.pillularū elefanginarū cum succo endiuie.ʒ.iij.corticū mirabolanorū citrinorū.ʒ.j.succi liquiritie.℈.ij.gūmi dragāti.ʒ.ʒ.thamarindorū.ʒ.j.ʒ.seminis portulace seminis papaueris albi aā.℈.j.cōfice cū syrupo violato.vj.vel.vij.pro.ʒ.Et da vnā ante cenam:nec dubites.

¶ Pillule alie ad eandē intentionē.

¶ Rx.aloes loti in aqua endiuie plurib⁹ vicibus.ʒ.vj.corticū mirabolanorū chebulorū citrinorū ⁊ emblicorū aā.ʒ.j.succi liquiritie.seminis papaueris albi:seminis portulace aā.℈.j.agarici tro.ʒ.j.masticis.ʒ.ʒ.ↄfice cū mucilagie dragagātorū et fac.vj.p.ʒ.da vnā añ cibū vel añ cenā.

¶ Pillule alie ad eandē intentionē.

¶ Recipe quatuor seminū cōmuniū minorū frigidorū:seminis papaueris albi:seminis melonis ana.℈.j.pillularū elefanginarū cū succo endiuie.ʒ.iij.ʒ.reubarbari electi.℈.j.mirabolanorū citrinorū.ʒ.j.masticis.ʒ.ʒ.thamarindorū.ʒ.j.ʒ.Confice cū syrupo violato vel cum mucilagine dragagantorum:et fac pillulas vt supra.

¶ Pillule alie ad eandem intentionem quando est excoriatio.

¶ Recipe reubarbari electi parū torefacti mirabolanorū chebulorū ⁊ citrinorū etiā parū torefactorū aā.ʒ.ʒ.pulueris trociscorū alchachēgi sine opio.℈.iiij.pillularū elefanginarū cū succo endiuie.ʒ.iij.ʒ.thamarindorū.ʒ.j.ʒ.masticis.ʒ.ʒ.cōfice cū syrupo violato:⁊ da vt supra.

¶ Nec est mirandū si iste pillule sunt in natiue in istis casibus:quia licet ingrediātur pillule elefangine:quo merito specierū et aloes nocere deberēt:tñ sunt ita

bene refractet vt patet inspicienti ea que ingrediunt᷑ q̄ nocere nō possunt. Et si pur esset aliquod nocumentū: iuuamētū est maius q̄n fit euacuatio multarū materierū per vias intestinorū q̄ trāsirēt ad vias renū ⁊ vesice: ⁊ possent augere ardorē vel excoriationē. Ideo sepissime exhibui ⁊ repi iuuamētū sine nocumēto saltē notabili.

In aliquibus etiā egritudinib⁹ mēbrorū generatiōis reperio pillulas multum cōuenire. Et primo in his in quibus est difficultas erectionis virge propter materias humidas que aliq̄n imbibite sunt in musculis deseruiētibus erectiōi: et sic remanet mēbrū quasi paraleticatū: cōueniunt: igitur in tali casu pillule vt infra.

Pillule cōtra difficultatē erectionis virge a causa frigida ⁊ humida.

℞. cartami: sticbados: agarici trociscati: mirabolanorū chebulorū. ana. ʒ. ß. radicū satiriōis. ʒ. j. lingue auis. ℈. ij. pillularū elefanginarum. ʒ. iij. ß. misc. cū syrupo de corticibus citri fiāt. vj. pro. ʒ. Et da vnam ante cenā singulis diebus.

Potes etiam videre aliquas receptas supra cū feci mentionem de paralesi: q̄ conuenient etiam in hoc casu.

Pillule alie ad eandē intentionem que augent sperma.

Recipe radicū satirionis ⁊ sunt testiculi vulpis. ʒ. j. nucis indie. ʒ. ß. caude stincorū lingue auis añ. ℈. j. pillularū elefanginarū. ʒ. iij. ß. mirabolanorū citrinorū ⁊ chebulorū ana. ℈. ij. ß. cōfice cū melle rosato. vj. pro. ʒ. da vnam ante cenam et cōtinua: q̄ videbis rem expertam.

Valent etiā cōsimiles pillule his qui nō pñt cōtinere vrinā ⁊ hoc remouendo causam paralesis musculorum vesice ⁊c.

Inter egritudines matricis in quibus huiusmodi pillule sūt iuuatiue: sunt prefocatio matricis: retētio mēstruorū: superfluus fluxus: impedimētū cōceptionis: fluxus materierū albarū q̄ in multis mulierib⁹ reperit᷑: ⁊ plerūq̄ est cā impediēs ɔceptiōē: p̄cipitatio: ⁊ dolor matricis ac descēsus ipsi⁹ in oībus eīn talibus casib⁹ repi pillulas cōueniētes. Et primo incipiā ratione menstruorū et prefocatiōis.

Pillule contra prefocationē matricis et retentionē menstruorum.

Recipe pillularū imperialiū. ʒ. ij. pillularum elefanginarū. ʒ. iij. pulueris trociscorū de mirra. ʒ. j. rubee tinctorū. ʒ. ß. cinnamomi electi. ℈. iiij. agarici tro. ℈. ij. agglutinentur cū oximelle cōposito. v. p. ʒ. da vnā an cenā. Et si vis da. ʒ. j. vel. ℈. iiij. in aurora.

Pillule alie ad eandem intentionem parum fortiores.

℞. pillularū de yera simplici: pillularū elefanginarū añ. ʒ. ij. turbith electi ⁊ fricati cū oleo amigdalarū dulciū. ʒ. ß. spice zinziberis masticis ana. ℈. ß. cōfice cū syrupo de arthemisia. Et da vt supra. Et si vis dare aliquando. ʒ. j. in aurora sunt multū cōuenientes. Et adderem gra. iij. asse fetide quando damus de mane.

Pillule alie ad eandē intētionē.

Recipe pul. trociscorum de mirra. ʒ. j. reubarbari electi agarici trociscati: ana. ℈. j. pillularū elefanginarū. ʒ. iij. confice cum vino odorifero: et da vt supra.

Omitto plures decoctiones: cōfectiones ⁊ alia que prouocāt mēstrua q̄ vt supra dixi pro nūc solū loqui volo de pillulis. Sed q̄ experiētia reperi que nunq̄ mihi defecit. Ideo tacere volo q̄ exhibere. ℈. j. castorei conficiēdo duas vel tres pillulas ⁊ exhibere de mane tpe quo mēstrua: vel incipiūt apparere vel sunt aliqua signa q̄ tēpus mēstruorū siue florum mulierū presens est vel propinquū q̄ exhibere prouocātia alio tpe est sepissime opus perditū. Sed q̄n natura tēptat expellere: tūc tēpus est cōueniētissimū: q̄ natura iuuat medicinā ⁊ medicina iuuatur a natura: ⁊ sic felicitatur operatio.

Sed nota q̄ exhibitio isti⁹ castorei dꝫ esse in maiori vel minori dosi ſm virtutis fortitudinē. Et aduerte qd est calidū in quarto. Ideo cōsidera: ⁊ exhibe secū aliquid quod tēperet calorē vt syrupū violatū nenufarinū vel decoctionē seminū cōmuniū frigidorū maxime minorū: q̄ pmo dius ponunt᷑ in decoctionibus: ⁊ que in frigiditate iuuabūt operationē ⁊ ipsam felicitabūt. Si vis vide practicā aggregatoris in capitulo cure retētiōis mēstruorū: q̄ dicit q̄ castoreū prouocat mēstrua etiā in etate senili: verū hoc nō sum expertus: in alijs aūt etatib⁹ sepe expert⁹ sum. et reperi bonum effectum cū dei auxilio.

¶ Alie pillule ad eandem intentionem et sunt magis delicate.

¶ R. cassie lignee spice cinamomi asari reubarbari electi agarici albi et electi an. ʒ.ʃ. aloes electi.ʒ.iij. croci mirre. an. ℈.j. confice cũ vino albo odorifero vel cũ syrupo de arthemisia: et da vnã ante cenã singlis dieb9: vel dũ surgit a lecto vnã vl duas ant tres et videbis felicit succedere.

¶ Multi non auderẽt cõmiscere vnã ex istis pillulis cũ cibo cũ videãtur notabiliter apitiue. Sed attẽta paucitate viri9 pillule nocere nõ potest. Uidebis tamen experientiã q educet per secessuz aliqd: et sic erit iuuamentũ sine nocumẽto vel saltim bene modico.

¶ In retentione antẽ menstruo᷑: vel dũ volo mẽstrua retinere raro vtor pillulis in quib9 sit aloes: de cui9 natura est aperire venas: verũ dũ est lotus et permixt9 cũ his que habẽt remouere hoc nocumẽtũ sicut sunt mastix bdeliuz gũmi dragagãtuz arabicũ et similia non possunt multuz nocere: iuuare vero sic. Possunt igĩ fieri pillule in hac forma: et erũt euacuatiue materierũ acutarũ que permixte cũ sanguine multotiens sunt cã supflui fluxus stimulãdo virtutẽ et aperiẽdo venas.

¶ Pillule ɔtra supfluũ fluxũ mẽstruo᷑.

¶ Recipe pillularum elefang.ʒ.ij. gũmi arabici bdeliũ et dragagãti an. ℈.j. reubarbari electi parũ torefacti.ʒ.j. thamaridorum.ʒ.j.ʃ. pul. trociscorũ de spodio cũ semine acetose. ℈.iiij. confice cum syrupo rosato: et da vnam ante cenaz vel. ℈.iiij. de mane vt tibi videbitur.

¶ Pillule alie ad candẽ intentionẽ et magis restringentes.

¶ R. pulueris trociscorũ de karabe trociscorũ de terra sigillata ana.ʒ.j. mirabolanorũ citrinorũ parũ torefactorũ: reubarbari electi et parũ torefacti añ.ʒ.ʃ. masticis gũmi dragagãti añ. ℈.j. pillularuz elefangiarum.ʒ.j.ʃ. confice cum syrupo rosato. vj. pro.ʒ. da vnaz ante cenã vel.ʒ.j. aut. ℈.iiij. de mane.

¶ Si quis tamen sit tantum superstitiosus vt dubitet de pillulis elefanginis propter aloes: et species que ingrediũtur: faciat pillulas dimittẽdo pillulas elefanginas et cessabit suspitio: erunt tñ vtiles.

¶ Ubi autẽ esset fluxus superfluus menstruorũ propter debilitatẽ virtutis retentiue: aut propter abũdantiã humoris flegmatici relaxãtis venas aut aggrauãtis virtutẽ: et ɔsequẽter incitãtis expulsiuaz ad expellenduz cõuenirẽt pillule vt ĩfra.

¶ R. pillula᷑ elefanginarũ.ʒ.iij.ʃ. mirabolano᷑ chebulorũ valde parũ torefactorũ.ʒ.j.ʃ. pulueris trocisco᷑ de terra sigillata. ℈.ij. masticis. ℈.ʃ. ɔfice cũ mirra citonio᷑ cũ specieb9 vel sine ꝑm qd videbis et da vnã añ cenã vel. ℈.iiij. de mane.

¶ Si bene cõsideremus: sunt etiã vtilissime iste pillule in supfluo fluxu materie᷑ albarũ. Si ꝓueniat a materia ab aliquo vel aliquibus mẽbris trãsmissa: siue sit in ipsa matrice gñata: cũ matrix aliqñ non possit nutrimẽtũ sibi delatũ: etiã si bonũ sit in substãtiã propriaz cõuertere. Et sic multiplicatis quotidie supfluitatib9: necesse est apparere huic fluxũ: a quo paucas reperio mulieres absolui. Et in multis vidi hãc esse causam cõceptionis impeditiuã. Et ideo bonum est aduertere. Et si ab aliquo fluat mẽbro ipm cõfortare et diuertere ad intestina: q̃ sunt mẽbra magis apta receptiõi et euacuatiõi superfluitatũ: et sic si vitio matricis cõsiderata cõplexione: ipsam rectificare et cõfortare paulatim: postea euacuãdo et diuertere q̃ oĩa fieri pñt cũ instrumẽtis ĩfrascriptis.

¶ Pillule contra fluxũ et habẽtia humiditatem matricis.

¶ R. tartari loti agarici tro. añ.ʒ.j. pillularũ elefang.ʒ.iij.ʃ. mastic.ʒ.ʃ. cõfice cũ melle rosato aut cũ syrupo de arthemisia vj. pro.ʒ. da vnã ante cenã et cõtinua qm applicata iuuant: sed continuata sanãt.

¶ Pillule alie ad candẽ intẽtionẽ.

¶ R. aluminis pluuie. ℈.j. tartari loti.ʒ.j. pillularũ elefang.ʒ.iij. pul. specierũ trifare maioris sine opio. ℈.ij. agarici albi et electi.ʒ.ʃ. masticis. salisgẽme añ. ℈.j. cõfice cũ succo absynthij. vj. pro.ʒ. da vnã ante cenã cõtinuãdo: et aliqñ. ℈.iiij. ĩ mane.

¶ Pillule alie ad eandẽ intẽtionem: sed parum fortiores.

¶ R. turbith electi et preparati vt supra ʒ.ʃ. agarici trocisca. ℈.ij. pillularũ elefanginar.ʒ.iij. zinzib. masticis. ana. ℈.j. cõfice cũ syrupo de arthemisia et da vt supra.

¶ Pillule alie ad eandem intentionem aliqualiter confortative.

¶ Rx. corticū mirabolanorū chebulorꝫ ꝛ citrinorū añ.ʒ.j.agarici.℈.ij.pillularꝫ elefanginarū.ʒ.iij.ʒ.masticꝭ.℈.j.ↄfice cū syrupo de arthemisia ꝛ da vt s̄. ꝛ sūt leues.

¶ Sed aduerte: qm̄ in talib⁹ materieb⁹ reperio magnā diuersitatē: nā in aliquibus mulieribus egrediuntur iste hūiditates frigide etiā actualiter: ita vt in exitu precipiāt notabilē frigiditatē actualē. et in aliquibus egrediunt̄ ita calide ꝙ faciūt magnū ardorē: ꝛ quodāmō excoriationē: immo in eadē muliere in diuersis tn̄ tēporib⁹ pcipit̄ ista diuersitas: vt ego hoc anno vidi in vna magna et notabili dn̄a: quā libēter nominarē: nisi esset ꝙ medicus in talib⁹ dꝫ esse secret⁹ veluti confessor. Ad hāc igitur diuersitatē dꝫ medicus bn̄ aduertere: ꝛ nō oēs vnico calciare calciamēto. Dꝫ igit̄ cōsiderare materiā q̄ egredit̄: et causaꝫ: ꝛ sic diuersa exhibere remedia: ponaꝫ igit̄ duas receptas vnā in cā frigida: aliā i cal'a: lꝫ posite sint superi⁹ multe recepte q̄ huic dispōni accōmodari possunt: ꝛ etiā ad plures egritudines matricis de quibus supra dixi.

¶ Pillule contra superfluam humiditatē matricis a causa frigida.

¶ Recipe agarici tro. mirabolanorꝫ chebulorum ana.ʒ.j.tartari loti: cartami: sticados ana.ʒ.ʒ. pillularū elefanginarū ʒ.iij.ʒ.masticis.℈.j. confice cū syrupo de arthemisia: et da vt supra.

¶ Pillule ↄtra superfluā humiditatē matricis cū dominio caliditatis.

¶ Rx. reubarbari electi foliorꝫ sene añ. ʒ. ʒ.thamarindorū māne granate ana .ʒ.j. pillularū elefanginaruꝫ.ʒ.iij.ʒ.masticis. ℈.j. cōfice cū syrupo viola.vj.vel.vij.pro ʒ.ꝛ da vt supra: ꝛ sunt pro magnatibus.

¶ Pillule alie ad eandem intentionem pro pauperibus.

¶ Recipe pillularū elefanginaruꝫ. ʒ.iij. thamarindorū.ʒ.j.ʒ. mirabolanorū citrinorꝫ.ʒ.j.agarici tro.ʒ.ʒ.masticis.℈.j.confice cum succo rosarū.vel cum succo violato.vj.vel.vij.pro.ʒ.da vt supra.

¶ Et sic possumus cōsequēter imaginari ꝙ iste pillule cōferre pn̄t. ad facilitādū impregnationē qm̄ per cōtinuū vsuꝫ ipsarū remouebitur vel remoueri poterit cā impeditiua cōceptionis vel gn̄atiōis: nō solū in muliere remouēdo illā superfluā hūiditatē q̄ causa est vel esse pōt vt sperma viri reddat̄ ineptuꝫ pro generatiōe vt hꝫ videri locis proprijs: qꝛ pro nūc allegatiōibus vti nō curo. Et ideo sciētificus ꝛ expertus medicus diligēter inuestigās causas impedimēti cōceptiōis videbit si cā erit ex parte viri vel mulieris maxime si erit superflua hūiditas: qđ dico: qꝛ potest etiā ab alijs causis ꝓuenire: vt legitur in locis proprijs vt a siccitate: in quo casu pillule huiusmodi non cōuenirent. Stāte igit̄ impedimento cōceptionis a cā frigida ꝛ hūida: sicut cōiter accidet: pn̄t ↄuenire pillule supius descripte circa retētionē mēstruorꝫ a cā flegmatica ꝛ pōt hic describi recepta in hūc moduꝫ.

¶ Pillule cōtra prohibitionē ipregnationis a causa frigida et hūida.

¶ Rx. pillularū de yera simp.ʒ.j.ʒ.pillularū elefanginarū.ʒ.ij.ʒ.agarici tro.ʒ.j.ꝛ si nō times opilationē. adde mirabolanorꝫ chebulorꝫ ꝛ citrinorū añ.ʒ.ʒ.vel.℈.j. ꝛ cū melle rosato vel syrupo de arthemisia cōfice.vj.vel.vij.pro.ʒ. da vnā omni die.

¶ Pillule alie ad eandē intentionem: sed parum fortiores.

¶ Rx. pillularū elefanginarꝫ.ʒ.iij.turbith p̄parati vt̄s.℈.j.agarici tro.℈.ij.ꝫinꝫiberis masticis ana.℈.ʒ.Cōfice cum syrupo de arthemisia. Et da vt supra.

¶ Pillule alie ad eandē intentionē magis disponentes ad conceptum.

¶ Rx. pillularū elefanginarū.ʒ.iij.rasure eboris coaguli lepis añ.ʒ.ʒ.agarici tro. ʒ.ʒ.sileris mōtani.℈.ij. cū syrupo de arthemisia fac pillulas.vj.pro.ʒ. ꝛ da vt̄s.

¶ Pillule alie ad eandē intētionē.

¶ Rx. sticados polipodij agarici trociscati ana.ʒ.ʒ.tartari loti.℈.ij. pillularuꝫ imperialiū: pillularū elefanginarū añ.ʒ.ij.sileris montani.ʒ.j. cū vino odorifero vel syrupo de corticib⁹ citri vel de arthemisia: confice pillulas: et da vt supra.

¶ Nunc venio ad dispositiones arthe ticas: que vt plurimū sunt paroxismales.

vt experientia quotidiana videmus. Et in aliquibus paroxismatur citius: in aliquibus tardius s̄m complexiones et cõpositiones corporũ s̄m regimen ipsorũ: qd vt in pluribus malũ est. Nã cõiter videmus podagricos artheticos: ꝛ huiusmodi esse mali regiminis. Ad hoc tamẽ aliquãdo iuuant cõstitutiones tẽporũ ꝛ celestes influxus. Uerũ reperio has pillulas multũ esse proficuas: maxime ĩ preseruãdo ꝛ tardãdo aduẽtus paroxismorũ ipsosq₃ minorãdo: tã intẽsiue ꝙ extensiue. Ita vt ibi solebat ter vel quater ĩ anno affligere nõ affliget nisi semel vel bis. Et vbi solebãt paroxismi vel dolores affligere quinq₃ vel sex dieb⁹: exẽpli gratia: nõ affligẽt nisi duobus aut tribus: aliqñ vidi ex toto cessare. Nec miruʒ qꝛ ex vsu quotidiano ipsarũ pillularũ potest prohiberi aggregatio materie que sufficiat ad causandũ poxismuʒ. Sed qꝛ materie horũ dolorũ causatiue sunt diuerse: cuʒ alique calide aliquẽ frigide aliquẽ mixte Ideo ponam hic receptas diuersas que has materias aspicient. Et primo in causa calida si sanguinea sit alijs consentiẽtibus conuenit flobotomia.

¶ Pillule in arthetica vel podagra calida.

¶ Recipe thamarindorũ.ʒ.j. pillularuʒ elefanginarũ cuʒ succo endiuie.ʒ.iij. reubarbari electi.℈.ij. spice grana.vj. masticis.℈.j. cõfice cũ succo rosarũ.vj. vel.vij. pro.ʒ. da vnã aute cenam et continua.

¶ In podagra frigida reperire poteris aliquas receptas: vtiles superius dũ de paralesi verba feci: ideo recurre ibi tamẽ gratia forme ponam aliquas.

¶ Pillule cõtra podagrã ĩa cã frigida.

¶ Recipe corticum mirabolanorũ chebuloruʒ sticbados: ana.ʒ.ʒ. hermodactilorũ.℈.j. ʒinʒib. masticis ana.℈.ʒ. pillularũ elefanginarũ.ʒ.ij.ʒ. confice cũ syrupo de stichados.vj. vel.vij. pro.ʒ. ꝛ da vt supra: et si vis potes aliquãdo dare.ʒ.j. vel ℈.iiij. de mane cum aliquali custodia.

¶ Pillule alie ad eandẽ intentionem sed parum fortiores.

¶ Recipe turbith gũmosi ꝛ electi preparati vt supra hermodactilorũ. ana.℈.j.ʒʒ. seminis anisi ana grana.vj. masticis grana.xv. pillularũ elefanginarũ.ʒ.iij. confice cũ syrupo de stichados: ꝛ da vt supra.

¶ Pillule alie ad eandẽ intentionẽ pro pauperibus.

¶ Recipe tartari loti mirabolanorũ chebulorũ ana.ʒ.ʒ. hermodactilorum: agarici tro. añ.℈.j. masticis.℈.ʒ. ʒinʒib. grana.vj. pillularũ elefanginaruʒ.ʒ.iij. Confice cum melle rosato: et da vt supra.

¶ Et qꝛ vt plurimũ materia harũ egritudinũ est mixta: ideo opʒ ẽt describere receptas quib⁹ cõiter vti possum⁹: et prio.

¶ Pillule in materia permixta contra podagram.

¶ Recipe agarici trociscati: reubarbari electi ana.ʒ.ʒ. hermodactilorũ.℈.j. pillularũ elefanginarũ.ʒ.ij.ʒ. mirabolanoruʒ citrinorum.℈.ij. masticis. ℈.j. cũ syrupo violato vel rosato. Confice.vj. vel.vij. Et da vt supra ꝛ videbis ipsas vtilissimas.

¶ Pillule alie ad eandem intẽtionem sed parum fortiores.

¶ ℞. hermodactilorũ turbith electi ꝛ preparati vt supra añ.℈.j. reubarbari electi mirabolanorũ citrinorũ añ.ʒ.ʒ. ʒinʒib. grana.vj. masticis.℈.j. confice cũ succo rosarũ aut syrupo rosato. Et da vt supra: et si vis dare.ʒ.j. vel.℈.iiij. de mane maxie iuuabunt: sit tamen cuʒ aliquali custodia.


¶ Pillule alie ad eandẽ intentionẽ pro pauperibus.

¶ ℞. tartari loti mirabolanorũ citrinorũ añ.ʒ.j. hermodactilorũ.ʒ.ʒ. masticis.℈.j. pillularũ elefanginarũ.ʒ.iij. Cõfice cũ syrupo ex infusione rosarũ. Et da vt supra.

¶ Et hec sunt ꝙ in hac materia pro nũc timẽs prolixitatẽ scribẽda constitui. Nã potuissem in receptis magis esse copiosus: sed cogitãs ꝙ facile est intẽtis addere. Et ꝙ prudẽs medicus apta maxie: sibi via multas alias poterit receptas cõponere et casibus sibi occurrẽtibus accõmodare: hic finẽ impono grãs agẽs imẽsas sũmo deo si qd boni in hoc meo opusculo et dignũ mẽoria indicabit. Amen.

¶ Explicit Pillularium magistri Panthaleonis de Confientia.

¶ Panthaleonis de Confluentia summa lacticiniorum Incipit.



Um interduz cogitarez si opusculuz aliq̃d memoria dignū in medicina componerem: que nā esset subiecta materia videbam mibi partem omnē sublatam fuisse. Nā si theoricam medicine considero cerno Jacobū forliuiensem: Ugonem senēsem et alios etiā nouos preter ea que ab antiquis dicta sunt oēs sibi partes vēdicasse. Si vero ad practicā me cōuerto video nouos plurimos. Tornamirā Joānē de partibus Philoniū Arnaldū de villanoua vltramontanos Barziziū vero Joānem de alcollis Nicolaū florentinū Sauonarolā Joānē mattheū de gradi aliosq̃ plurimos cismontanos viros prestantissimos qui adeo ornate sciētifice copioseq̃ dixerūt vt nullā mibi partē in scribēdo relictam intelligā. Tacere tñ ignominiosum: nec sine peccati labe fieri potest vt si a summo deo aliquā scientie gratiā accepimus id occultemus: nā similes illi iudicabimur qui frumēta abscondit in populis. Nec tamē id iactantie causa dixerim: quo meorꝝ que scripsero nihil aut parū mibi ascribi velim: sed ea fere oia a sapientuz codicibus extraxisse profiteor medicorꝝ ⁊ philosophorꝝ volumia reuoluēdo. Aggrediar igiṫ cuz dei auxilio summā lacticiniorū: que ⁊ si vulgaris appareat in ea tñ multa dicenṫ vtilia: ⁊ placida satis eo magis ꝙ multi caseū detestātur multi eū diligūt ex eo viuūt: ⁊ plures libēter intelligūt eorꝝ diuersitates ⁊ naturas: quas plurias in sequētibus esse cognosces. Diuidā igiṫ hāc summā in tres tractat⁹: quorꝝ primus ꝯtinet capl'a. xvij.

¶ Capitulum primum: primi tractatus de modo generationis lactis in māmillis tam mulierum quam brutorum.



Olens in hac summa lacticiniorū Aristotelis imittari doctrinā: qui primo phisicorꝝ volēs de rebus naturalibus determiare: primo agit de pricipijs rerū naturaliū vt de materia forma et priuatiōe tanq̃ de principijs oim rerū naturaliū. Cuz intētio principalis sit in hac summa de caseis ⁊ eorꝝ naturis determinare: nō incongrue videtur primo de lacte tanq̃ de principio materiali sermonez facere. ¶ Circa qd̄ notāduz ꝙ lac est aialis superfluū albū bina decoctiōe in māmis genēratū. Hec est singularis diffinitio vel verius descriptio lactis quaz ponit bonus Cōciliator dr̄ia. c. xlviij. ¶ Nā vt volunt doctores ex sanguine mēstruo due ptes fiūt: quarū vna ⁊ magis pura trāsit a venis matricis ad māmillas: cuz inter hec duo mēbra sit magna colligātia: vt vult dux noster: duodecia tertij capl'o prio in fine ⁊ Albertus prio de aialib⁹ capl'o de anothomia venarū: ⁊ ibi p scd̄az digestionē a cōplexiōe illi⁹ carnis glādose acquirit formā lactis ⁊ substātialē ⁊ accidentalē: nā vbi materia illa que est sanguis mēstruus prio erat rubea i hac secūda digestiōe dealbaṫ: et hoc fit ab illa carnositate glādosa māmilarū q̄ alba est. ¶ Dicit Auicēna allegato capl'o ꝙ operatio gñationis lactis ex sanguine est sicut opatio epatis in gñatiōe sanguinis ex chillo: in hoc ꝙ vnūquodq̃ cōuertit hūiditatē ad silitudinē suā i natura ⁊ colore. Nā epar rubificat chillū albū ⁊ facit ipsuz sanguinē ⁊ māmilla albificat sanguinē rubeū ⁊ facit ipsum lac. Alia aūt pars sanguinis mēstrui magis impura reseruaṫ ⁊ ad tēpus expelliṫ per loca a natura deputata saluo ꝙ vt plurimū in mulierib⁹ ablactātib⁹ filios nō apparēt mēstrua: s; fere tota illa materia expelliṫ vt trāsmittitur ad māmillas ⁊ in lac cōuertiṫ. Et iō videm⁹ in pueris varias egritudines gñari propter assumptionē lactis infecti aliq̃ mala q̄litate: ⁊ vt plurimū ex ipuro et malo sanguine gñati. Nec dico tñ quin ex alio sanguine q̃ ex mēstruo possit lac gñari. Jn pregnātibus aūt de illo mēstruo fiūt

due ptes ex quarū vna puriori fetus nutritur per venā vmblicalē: alia vero pars inutilis pro fetus nutricatione reseruat ad tēpus part9: 7 tūc expellit 7 iuuat ad facilitandū partū lubricādo vias. ¶In aliquib9 tñ mulierib9 pregnātib9 expellūtur mēstrua etiā a sana virtute. Ut pluri mū tñ est signū malū 7 cā mala. In aliqbus etiā pgnātib9 vna pars mēstrui trahit ad māmillas 7 in lac cōuertit. Immo plures volūt q in hoie etiā possit lac generari 7 experiētia docet. Etiā in muliere virgine pōt generari lz raro cōtingat. ¶Uñ philosoph9 tertio de naturis aialiū cap. vltio dicit. Et nullū lac est in māmillis marū quāuis forte accidat vt iueniat lac in māmillis quorūdaz. Et addit q in quadaz regiōe inuētus fuit caper a quo extrahebant lac ex māmillis: ex quo fuit fact9 case9 vn9 deinde coieuit cū capra 7 genuit marē a quo extrahebat lac sicut a pre. Dicit tñ q talia sunt signa et significationes futurorz. Breuitatis cā nō adducā alias auctoritates ad hoc ppositū faciētes. ¶Habemus igit modū gñatiōis lactis in mulierib9: 7 fm eūdez modū in brutis aialib9 gñat. ¶Et est nutrimētū a natura ordinatū p nutricatione nouiter natorz donec pñt digerere cibaria difficilioris imutatiōis: qd in ifantibus cognoscit dū veniūt ad etatē dētiū plātatiuā. ¶Et iō icōsulte faciūt q alia cibaria exhibēt pueris añ originē dētiuz: qm̄ sagacissima natura duz videt stomacū posse alios cibos q lac imutare stati dētes gñat ad bonū itellectū: qz hmōi dētiū gñatio fit in tpe notabili. ¶Fecit aūt natura i multis brutis plures māmillas ppterea q talia sunt apta ad plures fet9 pducēdos 7 si i talib9 nō fuissent nisi due māmille nō potuissent quatuor aut plures nati decenter nutriri. ¶In muliere aūt solū duas fecit māmillas. ¶Primo pter decorē qm̄ pluralitas māmillarz nō parū mulierē deturparet. ¶Scdo qz cū mulier non pariat cōiter nisi vnū aut duos: aliqñ lz tres vel plures pduci possint hoc tñ rarissime cōtingit. Iō sufficit mulieri duas habere māmillas qm̄ natura nō deficit i necessarijs nec abūdat i supfluis. ¶Dicit Albert9 prio de aialibus tractatu scdo capl'o. xxiiij. q i pectore sūt due māmille quarz creatio est ex venis neruis 7 artharijs iter quas cōtinuat caro laxa glādulosa alba 7 ex sanguine rubeo facit lac albuz: sicut alia mēbra alba operant in nutrimēto ipsis trāsmisso. Et i eodē capl'o dicit: cū mulier lactat si coit cū viro nocet plurimū ifanti: qz sutile nutrimenti qd ad māmillas mitti debebat ad os matricis attrahit. Ex qb9 apparet cā nocumēti: qz vel fet9 stabit sine nutrimēto: aut cū modico: vel erit ipurū: qz loco illi9 qd ad os mricz attrahit: vel nihil aut parz mādabit vl' mittet: aut attrahet aliqs hūor mal9 ex quo nō cōueniēter fetus nutriet. Et hec sufficiāt qtū ad modū gñatiōis lactis: qz ēt aliq dicet iferi9.

¶Capitulū secūdum primi tractatus de diuersitate lactis in genere.



Dicet lac scdm fere oēs medicos sit tēperametovicinū: vt dicit Rasis tertio almāsoris. Lac recēter mulsum tēperamēto existit vicinū: lz frigiditati 7 hūiditati parū attineat. Gal. tñ quinto theorice vult lac vlr frigidū esse 7 hūidū. Sz facile est ɔcordare eorz dicta nā in snia idē volūt. ¶Uerū cū lac ex sanguine gñetur vt in supiori capitulo dictū est 7 hec gñatio fiat p vlterior ē decoctionē posset qs arguere lac debere esse calide 7 nō frigide cōplexionis cū materia sit calida 7 agēs calidum. ¶Ad qd satis respōdet Auicēna si notemus q dicit in capl'o de lacte cū dicit. Et lac quidē est propinque digestiōis 7 quō nō cū sit generatū ex sanguine q est in summo digestiōis cui supuenit digestio qdā alia qūuis sit ex mēbro qd ad frig9 decliat 7c. 7 sic agēs nō erit calidū. ¶Possem ēt dicere nō esse incōueniēs q ex obiecto calidiori p actionē caloris gñari aliqd remissius calidū: sicut videm9 dū gñat spirit9 aialis in cerebro ex spū vitali calidiori: 7 fit tñ a calore naturali vt oēs volūt tā medici q philosophi 7 fit fm finis exigētiā. Uerū hāc disceptatiōēz p nūc dñis theoricis dimitto. Sz vt mere practic9 p nūc sufficiat positiue dicere cū doctoribus q lac est tēpatū vel tēpamēto vicinū ad frigidū 7 hūidū parū declinās. Et hoc voluit Gal. loco allegato. Et hoc ex suis ptib9 psuaderi pōt. Nā i lacte triplicē repimus sub az: butirrosaz: casealē: 7 aqsam.

Et quia butirrosa calida est ꝛ hũida. Ca
sealis vero frigida ꝛ sicca. De aquosa re
perio discordãtes doctores. Naȝ aliqui
vt Auicẽ. Mesue ꝛ aliq̃ aliȷ ponũt aquã
lactis calidã ꝛ humidã. Sed bonus Cõ-
ciliator differẽtia.c.xlviij. determinatiue
tenet aquã lactis frigidã esse ꝛ humidaȝ
et mouetur rõnibus euidẽtibus quibus
difficile esset respõdere. Et ad veritatẽ si
bene cõsideremus ꝙ pars butirrosa ĩ la
cte est calida: pars casealis frigida: si di-
camus partẽ aquosam calidã que nota-
bilis est ꝛ forte quãtitatiue maior ꝙ̃ totũ
residuũ nõ possemus dicere aggregatuȝ
qḋ est lac esse tẽperatũ aut ad frigidũ de
clinare vt superius dictũ fuit: imo opor-
teret cõcedere lac ad calidũ declinare vt
facile probari posset: et sic videt̃ nõ par-
ua discordãtia quã adhuc discussam nõ
reperio. Tamẽ si volumus cõcordare di
cta Auicẽ. ꝛ Mesue cũ his que dicit Cõ-
ciliator possemus dicere saluo semp sa-
niori iudicio ꝙ si consideremus lac in se
soluȝ prout includit partẽ butirrosam et
aquosam sine alia cõmixtione: tunc veri
tateȝ ꝓbat Cõciliator ꝙ aquosa pars est
frigida. Si tñ cõsiderem⁹ aquositatẽ la-
ctis qua cõiter vtimur vt separatã a par
te caseali virtute coaguli cũ in illa parte
aquosa remãserit multũ de ṽtute coagu
li cuius effectus magn⁹ fuit in calefaciẽ-
do: ꝛ cũ videam⁹ ex alia parte ipsaȝ aquo
sitatem esse solutiuã: sic possumus dice-
re ꝙ est calida: ꝛ hoc voluerũt auctores.
¶ Sed si quis dicat illa virt⁹ coaguli ita
fuit applicata partibus terrestribus si-
cut aquosis ergo eadẽ ratiõe caseus erit
calide cõplexionis. ¶ Ad hoc responde
rem ꝙ licet ita applicata fuerit magis ta
mẽ in aqua remãsit impressio. Qm̃ actio
nes actiuorũ sunt in patiẽte et disposito
etiaȝ ptes subtiles coaguli q̃ calide sunt
supernatãt: ꝛ aque cõmiscent̃ etiã in cõ-
fectione casei per cõpressionẽ exprimun
tur a partib⁹ grossis: ꝛ sic in aqua rema-
nẽt. Cogitabũt aliȷ̃ si sit alius modus cõ-
cordãdi q̃ Auic. cap. de caseo circa prin
cipiũ dicit. In aqua vero casei propterea
ꝙ in ip sa est nitrositas acquisita ex san-
gnie: ꝛ sic nõ videt̃ coagulo ascribere ca-
liditatẽ quandaȝ que ibi reperitur. Sed
hanc subtilitatẽ pro nũc dimitto. ¶ Ad-
herẽdo dictis doctorũ tenendũ est lac tẽ
peratũ esse aut tẽperamẽto vicinum: ad
frigiditatẽ tñ aliqualiter decliare. ¶ Est
aũt in lacte magna diuersitas. Nã aliud
est lac hoĩs vel mulieris: aliud lac capre
aliud vacce: aliud ouis: aliud camelli: aliḋ
asine: aliud eq̃: aliud scrofe: et sic de aliȷs
speciebus aĩaliũ: sed ista solũ cõmemora
ui q̃m magis in cõi sunt vsu. Diuersificã
tur etiã lactis cõplexiões ꝭm tẽpora an-
ni: q̃m alterius cõplexiõis est lac estatis:
et alterius lac hyemis: sic pariter de ve-
re ꝛ autũno. Contingit etia diuersitas ex
parte regionũ. Nã lac in regionib⁹ oriẽ-
talib⁹ differt a lacte occidẽtali: ꝛ meridio
nale a septentrionali. Differt etiã lac ex
parte etatis aĩaliũ. Nã alteri⁹ cõplexio
nis est lac aĩalis iuuenis: ꝛ alteri⁹ senis ꝛ
alterius medie etatis. Nutrimẽta etiã si
ue pascua quãtũ variãt aut variare pñt
lactis cõplexiões in sequẽtibus appare-
bit. Est etiaȝ diuersitas in lacte ex parte
tpis quo cõseruat̃. Nã nouiter mulctũ vt
supra est tẽperatuȝ: aut tẽperamẽto vici-
nũ. Quod ṽo diu cõseruatũ est acre ꝛ fri
gidũ mediũ vero medio modo se habet
vt vult Cõciliator allegata differẽtia. Re
periri etiã põt in lacte differẽtia ex parte
regiminis aĩalis. Nã aliud erit aut esse
poterit lac aĩalis famelici: ꝛ aliud aĩalis
cibati: aliud aĩalis multũ vigilãtis: ꝛ aliḋ
dormiẽtis: aliud aĩalis exercitati: ꝛ aliud
quiescẽtis: aliud aĩalis: vel mulieris vtẽ
tis regimine calido: ꝛ aliud frigido. Acci
dẽtia etiã animi multũ operant̃ in variã
do lactis cõplexioneȝ. Quis dubitat lac
animalis iocundi laudabilius esse lacte
aĩalis tristabilis aut melãconici quauis
de cã: ꝛ ꝭm ꝙ istoꝝ accidentiũ aĩe aliqua
calefaciũt aliq̃ infrigidãt ita in lacte has
varietates repimus: ꝛ propter hoc volũt
medici nutrices pueroꝝ iocundas esse ꝛ
ab ira tristitia furore ꝛ talib⁹ preseruari:
quoꝝ aliqua calefaciẽdo aliq̃ infrigidã-
do aliq̃ lac diminuẽdo: aut aliqua mala
qualitate inficiẽdo summe nocere pñt.
Adde etiã hic ꝙ reperiri põt diuersitas
in lacte: nõ tantũ ex parte lactis ꝙ̃tũ ex
parte recipiẽtiũ: nã idẽ lac vni erit nutri
mẽtũ ꝯueniẽs: qḋ alteri erit discõueniẽs
Naȝ Auicẽna scḋo canonis capl'o de la
cte dicit. Amplius lac cũ corporibus pro
portionalitates habet quarũ cause non
cõprehendũtur. Sicut etiã recitat Con-
ciliator

ciliator de seipso dū videbat panē īfusū ī lacte incitabit ad vomitū. Diuersificat etiā lac in colore: cū aliqd magis aliqd minus de albedine participet: ꝛ aliqd ad citrinitatē aut aliū colorē declinare videt. Itē etiā in mō substātie: qꝛ aliqd spissuz: aliqd aquosum: ꝛ aliqd mediū. Ite in sapore qꝛ aliqd magis dulce: ꝛ aliqd min⁹: aliud acetosuz aut alteri⁹ saporis. Et dicit Auicēna scđo canonis capl'o de lacte. Et scias ꝙ lac diuersificat fm spēs aialiū et fm etatē et si est paruū aut mediocre: fm formā puta accidentalē sicut si est leuis carnis aut dure pingue vel extenuatū albū aut aliū habens colorē ꝛ addit ꝙ lac aialis albi est debilius ꝛ citi⁹ descendit. Aristoteles vero tertio de aialib⁹ capitulo vltio dicit ꝙ lac mulierū nigrarū est meli⁹ ꝛ pluris cibi ꝙ̄ albarū. ¶ Habita igit diuersitate lactis ī gñe videdū est q̄ sint lactis cōditiōes meliores ꝑ infantiū nutricatiōe. ¶ Pro quo dicit Auicēna secūda primi capl'o de regimine lactatiōis ꝙ lac laudabile ꝛ tēperatū est i quo aquositas ꝛ caseitas sunt equales: ꝛ cui⁹ color attinet albedini q̄ nō sit fuscus nec citrin⁹ nec viridis nec rube⁹: cui⁹ odor sit bonus: ī quo nō sit acredo nec pōticitas nec amaritudo nec salsedo. Et cōis modus experiēdi modū substantie est ponere vnā guttā sup vnguē ꝛ tūc facile est cognoscere ei⁹ spissitudinē vel nimiā hūiditatē inter q̄ bonū lac dꝫ mediocritatez tenere. Unlt Auicēna ibidez ꝙ nutrix dꝫ eē bñ cōplexiōata etatis īter. xxv. ꝛ. xxxv. annū: bñ cōpositiōata: boni coloris: musculosa hñs pect⁹ ꝛ collū forte: media inter pinguedinē ꝛ macilentiā: hñs mamillas satis grossas nō laxas: bonoꝝ morū: ꝛ iō q̄dā ꝓhibuerūt ne stolida lactet. Albertus dicit ꝙ eligēda est nutrix filiis ī cōplexione matri quātū est possibile: ꝛ hoc ꝯsonat rōni: qñ nutrimētū erit sile ei qđ recipere cōsueuerat. Sed itelligo dū mater est sana ꝛ bñ cōplexiōata qꝛ aliter melior esset nutrix alteri⁹ ꝛ melioris cōplexiōis. Dicit etiā Albert⁹ libro tertio tractatu secūdo capl'o. ix. Et lac qđ in mane primo venit ad mamillas est quasi purgamētū propter qđ periti ī arte lactādi ꝑcipiūt prīo mane mulgere magnā ꝑtē lactis nutrices ꝛ de residuo lactare īfantes ꝛ dū lactāt moueri infantē cū cātu. Mo-tus tñ cunarū dꝫ esse leuis ꝛ cāt⁹ suanis: qꝛ musica facit cū gaudio ꝛ leuitate spūs recipe nutrimētū. Mot⁹ aūt excitat calorē ꝛ virtutē in digestione q̄ in infantibus multū imersa est humido. Hec Albert⁹.

¶ Capl'm tertiū ꝑmi tractat⁹ de diuersitate lactis in brutis ex spēꝝ diuersitate.



Quia sublimis ꝛ bonus de⁹ donauit hoi cōplexiōe ꝛ tēperatiōē quā ī hoc mūdo possibile est eē: vt dicit dux noster prīa primi capitulo de ꝯplexiōib⁹: facile est credere ꝙ lac mulieris est tēpatū respectu cuiuscūqꝫ bruti: vt etiā volūt oēs doctores nemine discrepāte: tū qꝛ materia gñatiōis lactis vcꝫ sanguis ī muliere est magis tēpata: tū qꝛ calidū agēs etiā est magis tēpatū: ꝛ sic lac mulieris vel via cibi vel via medicine ceteris oib⁹ ꝑferet ꝛ merito. ¶ Sed post lac mulieris qđ sit melius aliqualē reperio diuersitatē. Nā Raby moyses asserit ꝙ post lac mulieris lac suys siue scrofe est melius ꝛ hꝫ pro se hoc fundamētū: qꝛ illa cōplexio dꝫ meli⁹ lac gñare q̄ magis appropinq̄t hūane cōplexiōi: sꝫ talis est cōplexio suys vel scrofe igit ꝛc. Argumētuꝫ est bonū cū maiore: ꝛ minor videt manifesta cū cōpositio porci in multis valde cōpositiōi hois assimilet: ꝛ cōplexio satis insequitur cōpositionē et sic credidit Raby Moyses post lac mulieris lac suys eē prestātius. Et credo ēt sit fundamētū Galieni vt apparet ex Serapiōe libro aggregationū qui recitat de mēte Galieni: ꝙ lac mulieris est sanius maxime cui⁹ corp⁹ est sanū: nō antiq: pulchre ꝛ tēpate cōplexionis cui⁹ nutrimētū est bonū generatiuū bonoꝝ humoꝝ: ꝛ post est lac aialiū quoꝝ natura nō est elōgata a natura hois: sed est ꝑpe naturā hois. Et dicit ꝙ odor carniū significat supra bonitatē lactis qꝛ sūt q̄dā aialia quoꝝ carnes sunt fetide: sicut canis lupi vrsi: et q̄daꝫ carnes sūt boni odoris ꝛ exēplificādo dicit vt porcoꝝ pecudū caprarū. Et addit natura nāqꝫ eoꝝ est ꝑpinqua nature hois. Et ex his videtur Galienū affirmasse ꝙ post lac mulieris lac suys vel scrofe est meli⁹ cū ipsi⁹ natura sit ꝑpinq̄ hūane nature. Et sic ꝓ ista parte est auctoritas et rō. ¶ Auicēna tñ scđo canonis capl'o de lacte: dicit ꝙ lac

Odor carnis indicat natura lactis

scrofularũ est aquosum nõ maturũ et sic nõ erit melius. ¶ Auerrois vero quinto colliget dicit ꝙ meli us est lac femininũ: ⁊ post illud lac asine: ⁊ post illđ lac capre ⁊ iste spẽs lactꝫ sunt subtilis substãtie. Sꝫ lac ouis est grossi⁹: ⁊ ꝑpterea citi⁹ in stomaco caseat. Sed vacin⁹ est grossi⁹ ⁊ cũ hoc butirrosi⁹ ⁊ pingui⁹: et de lacte suys nõ loquit. Uñ i hoc magis adhererẽ opinioni Auicẽne ⁊ Cõmẽtatoris Auerrois ⁊ dicerẽ ad rõnẽ Raby Moyses ꝙ cõplexio suys non ita appropinquat cõplexioni hois sicut cõpositio cõpositiõi: lꝫ etiã in cõpositiõe sit magna diuersitas: maxime in mẽbris aiatis ⁊ mẽbris gñatiõis: vt pꝫ expertꝫ in anothomia. Uel etiã cõcesso ꝙ cõplexio suys magis appropinquat cõplexiõi hois: non ꝑpter hoc sequit lac suys melius esse debere: tũ rõne nutrimẽti suys: tũ rõne voracitatis in comedẽdo que nõ parũ faciũt ad lactis cruditatẽ: ⁊ nisi essent hec duo puta voracitas in cõedẽdo ⁊ ẽt nutrimẽtũ satꝫ militaret rõ Raby Moyses Serapiõis ⁊ Galie. Et iõ videt tenẽdũ cũ Auicẽ. lac suys nõ multũ valere nec etiã est in cõi vsu. ¶ In sequẽdo igit dicta antiquorũ dixit philosoph⁹ tertio de naturis aialiũ cap. vlti. ꝙ lac camelli est tenuissimũ respectu alioꝝ ⁊ ipm sequit lac eq̃ ⁊ post asine. Lac ṽo vacarũ est spissũ valde. Et ibidẽ dicit ꝙ lac q̃to spissi⁹ tãto caseatius. i. aptũ ẽm ples sui ptes in caseũ cõuerti. Et hec ꝑ tertio capitulo sufficiãt: qm̃ de lacte asine inferi⁹ vꝫ caplo penultio tertij tractat⁹ dicet.

¶ Caplm quartũ pmi tractat⁹ de diuersitate lactꝫ ex pte aerꝫ locoꝝ ⁊ nutrimẽtoꝝ.



Ex parte autẽ aeris ⁊ nutrimẽti cõplexio lactis nõ parũ variari põt. Nam sm ꝙ aer calid⁹ vel frigid⁹ hũid⁹ et sicc⁹: ita in aialib⁹ ibideꝫ habitãtib⁹ lactis cõplexio variat. Et ita pitter de regiõib⁹ dicere opꝫ. ¶ Sꝫ pro maiori notitia dicẽdoꝝ mouet q̃stio: an lac hyemale frigidi⁹ sit et humidi⁹ q̃ lac estiuuꝫ vel estiuale. Et videt ꝙ sic: q2 cũ tpe hyemis humores q̃ generant sint frigidi magis ⁊ hũidi q̃ illi qui in estate. Etiã supfluitates frigidiores: vt expiẽtia demonstrat cũ lac sit supfluũ quoddã ex pᵒ caplo videt ipm tpe hyemis frigidi⁹ esse debere. Et ꝑ ista pte facit auctoritas Auicẽ. in. c. de lacte: scdo canonis dũ dicit lac vernale est aquosum cõparatũ ad estiuũ ⁊ sic a fortiori lac hyemale. In oppositũ tñ arguit capiẽdo pro fundamẽto textũ Hypocratis: pria afforismoꝝ. xv. afforismo. Uẽtres vere ⁊ hyeme calidissimi sunt natura. Ex quib⁹ elicit ꝙ i corpibus robustis ⁊ debite rectis tpib⁹ seruãtibus naturas proprias virtutes naturales sunt fortiores maxime dige stiua si ergo ita sit poterit meli⁹ agere in sanguinẽ et perfectius ipsum immutare ⁊ in lac cõuertere. Et sic cũ hec imutatio facta sit a potẽiori calore ꝑ supposita paritate passi erit lac generatũ calidi⁹. ¶ Ad qđ rñderẽ saluo semp saniori iudicio ꝙ lac estiuũ est alijs parib⁹ calidi⁹ q̃ hyemale: ⁊ hoc est satꝫ rõnale: q2 sicut videm⁹ de humorib⁹ et alijs etiã superfluitatib⁹ ꝙ tpe estatis declinãt ad calidũ ita de lacte dicere oportebit. Ad argumẽtũ vero cũ dicebat ex afforismo: ventres ⁊c. Calor i robustis corporib⁹ est fortior: cõcedo de calore naturali: verũ calor accidentalis vt aerisꝫ circũdãtis est valde potẽtior i estate: ⁊ hic calor multũ facit ad gñationẽ et humorũ ⁊ superfluitatũ in aialib⁹. Et iõ volũt doctores ꝙ tpe estatis lac est paucũ: vt etiã docet experiẽtia: tpe aũt veris maxime multiplicat p̃cipue in brutꝫ prio ꝑpter aerꝫ tẽpamẽtũ: scdo ꝑpter pascua q̃ illo tpe sunt magis hũidaꝫ. Dicerẽ igit ꝙ tpe veris i brutis maxie gñat de lacte ⁊ de bono. Jõ casei q̃ fiũt illo tpe cõiter sũt meliores maxie de mẽse Madij saltẽ i climate nr̃o. In estate aũt minorat propter aeris et nutrimẽtoꝝ siccitatẽ. In autũno vero lꝫ rõne maioris tẽperãtie aeris lac multiplicari deberet: q2 tñ incipiũt nutrimẽta deficere ⁊ sunt magꝫ sicca ꝑpter preteritã estatꝫ caliditatẽ ẽt q2 virtutes sunt debiliores lac minoratur lꝫ credã absolute maioris esse q̃titatis q̃ in estate ⁊ etiã q̃ in hyeme alioꝝ semp posita paritate. Et dicit Philosophus tertio de naturis aialiũ ꝙ q̃to aial magis elõgat a ptu tãto min⁹ hꝫ de lacte: vñ q̃dã aialia dãt lac per multũ tp̃us ⁊c. Mulieres maxie dãt lac per multũ tẽp⁹ ꝑpter finẽ cũ ex eo debeat infans nutriri notabili tpe vꝫ duobus annis vt cõiter fit. Uolũt etiã doctores ꝙ lac capre est min⁹ humidũ et min⁹

Dubiũ

lexiuũ stõaci q̃ aliorũ aialiũ ꝓpterea ꝙ cõedit folia ⁊ extremitates rubi ⁊ alia folia stiptica lꝫ sua cõplexio ad hoc cõcurrat: ⁊ iõ nõ sic faciliter acetosat in stõaco ⁊ sic imaginari possum⁹ in alijs aialibus lac variari variato nutrimẽto. Uñ videmus i locis mõtuosis vbi aer liber est nasci herbas odoriferas: et sic caseos fieri meliores q̃ in locis paludosis. In locꝫ ẽt tẽpate hũidis in quib⁹ herbe bone gñrant videm⁹ caseos fieri bonos sicut i riparia padi cõiter durie et sturie ticini citra mõtes: ⁊ vltra mõtes i riparia leridis secane. Sene ⁊ alijs in q̃b⁹ partib⁹ casei boni ɔficiunt vt inferi⁹ ꝑticulariter ostẽdet. Certũ ẽt est ꝙ i regiõib⁹ excessiue calidis vt sunt orientales et magis meridionales ⁊ valde frigidis vt sunt septẽtriõales nõ põt cõiter lac bonũ gñari: nec ɔñr fieri case⁹ bonus. In locis aũt medijs vt tẽpatꝫ vel tẽpamẽto vicinis lac copiosuꝫ ⁊ bonũ generat ⁊ ĩde casei meliores. Dicit Albert⁹ libro tertio tractatu scdo capitulo nono de naturis aialiũ ꝙ pascua lactifera faciũt ad lactꝫ abũdãtiã. Et philosophus tertio de naturis aialiũ vltio capitulo dicit. Et debem⁹ scire ꝙ quedã pascua minuũt lac ⁊ maxie lac aialis ruminãtis vt melga ⁊ q̃dã multiplicãt vt orobus: ⁊ addit ꝙ orobus nõ est ɔueniẽs oibus ĩpregnatis q̃m aggrauat partuꝫ. Et ibidẽ ponit ꝙ i regiõe certa sunt vace ita magne ꝙ opꝫ hoiem mulgiẽtẽ vacas stare pedes: ⁊ sic oia quadrupedia sunt magni corpis ꝑter asinũ: ⁊ Albert⁹ dicit hoc esse ꝓpter siccitatẽ cõplexiõis asini ⁊c.

¶ Capitlm q̃ntũ primi tractat⁹ de diuersitate lactis ex ꝑte aialiũ eiusdẽ speciei diuersoꝝ tñ pilloꝝ ⁊ ex parte etatis ipsoꝝ.



Uia de diuersitate lactꝫ ex ꝑte diuersitatꝫ aialiũ satꝫ dictũ est i aialib⁹ tñ eiusdẽ spẽi videm⁹ variatiõnẽ i lactꝫ ꝓpt varias aialiũ cõplexiões ꝙ nobis maxie manifestat ex colore pilloꝝ suoꝝ vñ cũ albedo pilloꝝ attestet frigiditati: ⁊ ꝓpter hoc dicũt auctores vt i. ij. cap. dictũ est ꝙ lac aialis albi ẽ debili⁹ ⁊ citi⁹ descẽdit hoc est merito frigiditatis ⁊ hũiditatis: ⁊ iõ est paucioris nutrimẽti: vt voluit philosoph⁹ loco allegato: erit dicẽdũ ẽt cũ philosopho ꝙ lac aialis nigri erit calid⁹ ⁊ maioris nutrimẽti lacte aialis albi aliorũ põsita paritate. Si igit albedo frigiditatẽ arguit ⁊ nigredo caliditatẽ cuꝫ hi sint colores extremi videt cõcludẽdũ ꝙ colores medij arguere debeãt tẽpamẽtũ: ⁊ sic vace ⁊ capre coloris rubei dabũt lac magꝫ tẽꝑatũ: ⁊ hoc ẽt est vulgare apud mulieres q̃ querẽtes lac pro ifirmis volũt vt a capra rubea sit extractũ ⁊ lꝫ rõnẽ ignorẽt non tñ sine bona cã dictũ est ⁊ forte a peritꝫ medicis audiuerũt. Et sicut de colore rubeo dictũ est ita de alijs medijs colorib⁹ intelligo. Sed magis de colore rubeo exẽplũ dedi q̃m ille est iter colores medios magꝫ cõis in brutis lac generãtib⁹. Tenẽduꝫ igit ꝙ aial coloris medij: puta nõ albũ neq̃ nigrũ lac habebit magis tẽpamẽto vicinũ: q̃to tñ magis ad albedinẽ declinabit tãto frigidi⁹: q̃to vero magis ad nigredinẽ tãto calidius. Nec obstat dictũ philosophi superi⁹ allegatũ ꝙ lac mulierũ nigrarũ est meli⁹ ⁊ pluris cibi q̃ albarũ: nã cõparat phũs extrema adinucẽ. Mediocritas tñ melior est iudicio meo nec ɔtrariũ dicit phũs: cũ ẽt color medi⁹ inter albũ ⁊ nigrũ attestet tẽpamẽto vt alibi vidẽduꝫ est. ¶ Ex ꝑte ẽt etatꝫ est diuersitas i lacte. Nã lac iuuenis aialis est calid⁹ i quacũq̃ spẽ fuerit. Lac vero aialis senis est frigidius. Sꝫ de hũiditate ⁊ siccitate est aliq̃le dubiũ. Cũ cõplexio senũ sit naturaliter siccior q̃ iuuenũ ⁊ sic lac deberet esse sicci⁹. Cui⁹ tñ oppositũ credo: cũ ẽt experiẽtia doceat ex eadẽ q̃titate lactis plus de caseo ex lacte aialis iuuenis gñari q̃ senis. Et iõ dicerẽ ꝙ in lacte aialis senis est plus de hũido accidẽtali. qđ facit ad casei diminutiõeꝫ: ⁊ iõ dato ꝙ i lacte senis sint aliq̃ ꝑtes magis terrestres: tñ ꝓpter accidẽtalẽ hũiditatẽ cõmixtã cõtingit ex eadẽ q̃titate min⁹ de caseo gñari. Eritq̃ i fine talis case⁹ resolutꝫ illis hũiditatib⁹ magis terrestris et durioris digẽnis. In prio tñ ꝑtu ⁊ etate valde iuuenili nõ credo lac ita ꝑfectũ esse sicut i media etate. Et iõ nõ sine cã ꝑcipit dux nr̃ loco allegato nutrices debere esse etatis mediẽ ⁊ cꝫ a xxv. vsq̃ ad. xxxv. annũ i quo tpe est etas media mediũ tenẽs maxie iter hũiditatẽ ⁊ siccitatẽ: qđ mltũ attẽdere opꝫ i nutricatiõe ifantiũ. ¶ De magnitudie ẽt aialiũ dt Auerois q̃nto colliget ꝙ aialia magni

Nutricis etas

corporis sunt magis terrestria et q̃ parui ecõuerso sꝫ sup̱ hoc multa dici possent. ¶Ex parte aũt pinguedinis ⁊ macilẽtie certuꝫ est lac aĩalis pinguis humidi⁹ lacte aĩalis extenuati: et ideo mediocritas etiã laudat̃ inter macilentiã ⁊ pingnedinẽ: vt dux noster Auicẽna scd̃a primi allegato capl̃o ⁊ sic apparẽt cause differẽtiarum lactis tam in genere q̃ in specie.

¶Capl̃m sextũ primi tractatus de modo ⁊ causis coagulationis in genere.



Possent in hoc capitulo plura et singularia dici colligẽda quarto methaurorũ: sed maiorẽ facere digressioneꝫ q̃ subiecta reqrat materia et p̃ntis negocij semitas excederẽ. Sufficiat igitur pro p̃nti capl̃o scire p̃io ꝙ materia subiecta coagulationi est terra ⁊ aq̃: vt philosophus q̃rto methauroꝝ. Scd̃o ꝙ cã agẽs ⁊ faciẽs coagulationẽ est caliditas vel frigiditas. Nam aliqua a frigido cõgellant̃ vt aqua ⁊ alia plurima in qb⁹ aqua dñatur. Aliq̃ vero cõgellãtur a calido: vt lutũ et alia multa in quib⁹ partes terre dñantur ⁊ adueniẽte calore exalat hũidũ. Tertio presuppono ꝙ q̃ a frigido cõgellãtur a calido dissoluũtur: ⁊ ecõtra: vt de aqua p̃io manifestũ est etiã de plũbo. ¶Sed notanduꝫ ꝙ in aliquib⁹ metallis nõ est facta multa cõmixtio terre ⁊ aq̃: ⁊ iõ a faciliori calore dissoluũtur vt appet in plũbo. In aliqb⁹ ṽo cõmixtio est fortior vt ĩ argẽto ⁊ auro potissime q̃ nõ p̃nt nisi a valde forti calore dissolui vt experiẽtia docet et sic bonitas digestiõis ⁊ cõmixtiõis facit ad difficultatẽ dissolutiõis vt appet in auro. Verũ differẽtia inter cõgelationẽ ⁊ coagulatiõeꝫ p̱ nũc omitto. Sꝫ q̃ de coagulatiõe ĩ p̃nti est p̱scrutãdũ. Iõ veniã ad septimũ capl̃m ⁊ magis necessariũ ĩ materia nr̃a.

¶Capitulũ septimũ de causis coagulationis lactis ⁊ modis diuersis s̃m quos fit lactis coagulatio.



Omniũ is sentẽtia doctoꝝ in hoc cõuenit ꝙ cã coagulatiõis lactis est caliditas vel frigiditas: diuersimode tñ. Nã frigiditas exprimẽdo p̱tes hũidas a terrestribus siue grossiorib⁹ facit p̱tes terreas magis subsistere. Sed caliditas resoluendo partes aereas et subtiles a terrestrib⁹ reddit illas dẽsiores. Cui⁹ exẽplũ dicũt eẽ: q̄m coagulũ ⁊ alia naturã coaguli tenẽtia sũt calida. Vñ Auerrois q̇nto colliget dicit ꝙ hec est proprietas in coagulo: q̄ diuidẽdo res minutas facit cõstare res fluxibiles: ⁊ diuidẽdo aquosas vnit p̱tes butirosas ⁊ caseales ⁊ facit ip̃as magis cõstare. Sed ad veritatẽ credo vltra q̃litates primas ad faciẽdã coagulationẽ in lacte alias scd̃as qualitates vel a forma specifica cõcurrere: cũ videam⁹ pluria calidiora coagulo vt piper ⁊ talia in lacte tñ nõ facere coagulationẽ: ⁊ plurima etiã remissus calida: ⁊ p̱ñr eq̃ calida. Quare manifeste cõcludi põt hoc a solo calido aut a solo frigido prouenire nõ posse: sed opꝫ hoc in aliquã occultaꝫ redigere cãm. In his tñ que lac coagulant vltra qualitatẽ occultã cõcurrit caliditas vt pꝫ discurrẽdo per ea q̃ faciũt lactis coagulatiõeꝫ: vt sunt coagula: iter que tñ sunt coagula q̃ repiunt̃: vt dicit Albert⁹ libro tertio scd̃i tractat⁹ cap̱. ix. in vẽtrib⁹. i. stõacis suggẽtiũ supple lac noniter natoꝝ: q̄ si stõac⁹ vsus esset alio cibo iã alterat⁹ esset a natura lactis ⁊ iõ nõ ita fermẽtat supra lac ex quo fit coagulũ sicut stomacus eoꝝ q̃ nõ sunt vsa nisi lacte. Et Addit Albertus ꝙ in vẽtrib⁹ aĩaliũ q̃ nõ ruminãt raro inuenit̃ coagulũ et assignãs rõnẽ dicit q̄m aĩalia ruminãtia spissi⁹ habẽt lac ⁊ iõ magis cõseruat fermẽtationẽ stomaci q̃ nõ ruminãtia. Et addit ꝙ iter aĩalia nobis nota q̃ habẽt dẽtes in vtraq̧ mandibula nõ est inuẽtũ vsq̧ hodie coagulũ nisi in lepore tñ. Et addit ꝙ q̃to fuerit vetusti⁹ vl̃ magis antiquũ: tãto erit meli⁹ ⁊ efficacius ad coagulãdũ: dũmõ nõ sit putridũ q̄ sua virt⁹ efficit̃ acutior q̃ tũ ip̃m fuerit sicci⁹: dũmõ ĩ sua sub̃a sit p̱seruatũ. Hec Albertus. Que tñ oĩa q̃si ad literã ponit ph̃us tertio de natura aĩaliũ vltio capl̃o. Coagulat̃ ẽt lac alijs modis vt idẽ Albertus eodẽ cap̱. etiã Aristoteles cũ lacte ficuũ in quo infundit̃ lana q̃ postea lauat̃ cũ certa p̱te lact̃: q̃ dũ alteri cõmixtũ ipꝫ coagulat: dicit etiã expertuꝫ esse ab eo ꝙ flos herbe q̃ acutos hꝫ aculeos q̃ magis crescit in latũ ⁊ hꝫ florẽ rubeũ q̃ cũ maturat̃ in lanuginẽ cõuertit̃ volantẽ in aere

nā exicatꝰ ⁊ cū lacte distēperatꝰ lac optie
coagulat. Et ad ỽitatē ista ē herba q̄ apd
medicos appellat cameleōta: ⁊ de ea vi-
di expiētiā i britania ⁊ pitania: in q̄bꝰ fe-
re oēs vtunt ea i coagulatiōe lactis sine
alio coagulo: ⁊ appellat apud eos la zar
doneta: ⁊ ego portaui de semie illo ad p-
tes nr̄as lōbardie ⁊ repi qd̄ est cameleō-
ta vel spica arabica ẜm aliq̄s vel indaica
vel apud latinos cardꝰ albꝰ vel silnestris
vl̄ suchaa. Sz sunt alia multa q̄ etiā coa-
gulāt lac sicut balsamꝰ: nā a doctoribꝰ ex
periri docemur ipsiꝰ bonitatē si sophisti
catꝰ sit. Nā vltra alias expiētias dicūt ꝙ
vna gutta balsami lac coagulat: imo coa
gulatū dissoluit: qd̄ satis mirabile vr̄ cuz
sint diuersi effectꝰ: sed ad ỽitatē nō sunt
cōtrarij. Uerū hec pro nūc omitto: nam
sufficit numerasse ea que in cōi sunt vsu
coagulationis lactis inter que sunt coa-
gulū edinū ⁊ vitulinū ⁊ flores cameleōte
sunt etiā alie herbe i hoc virtutē ⁊ ꝓprie
tatē habētes. Sed hec pro nūc sufficiāt.

Capitulū octauū de natura butirri.

QUia per coagula-
tionē lactis manifestātur ⁊
sepant tres ꝑtes ipsiꝰ nota
biliter differētes: vcz ꝑs aq̄
sa de q̄ supra: ꝑs casealis: ⁊
butirrosa: de hac loquēdū vr̄ priusq̄ ad
caseū deuenire: de quo postea copiose di
cet. Un̄ Arist. iij. de naturis aialiū vltio
cap̄. dicit. Et i lacte est vnctuositas appa
rēs vt oleū in coagulatiōe lactis. Albertꝰ
ỽo. viij. cap̄. scd̄i tractatꝰ tertij dicit ꝙ in
oi lacte p̄ter subaz casei: ⁊ ꝑtē aquosaz ē
vnctuosa suba sicut oleū q̄ vocat butirrū
⁊ eminet ⁊ supnatat i lactis coagulatiōe:
vñ clarū est hāc ꝑtē calidā esse ⁊ faciliter
inflāmabilē: ⁊ iō nocet ꝑatis inflāmatiōi
⁊ in febribꝰ denegat maxie putridis ē tñ
boni nutrimēti ⁊ facilis digōnis: et extra
approxiatꝰ est mitigatiuꝰ doloꝝ resoluti
uus: maturatiuꝰ apostematū rōne calidi
tatꝫ nō excessiue cū sua ēt hūiditate. Ad
qd̄ etiā nō paꝝ facit modꝰ sube cū sit val
dē mollis oleagineꝰ ⁊ tactui suauis vt pꝫ
Auic. in secūdo canonis caplo ꝓprio di
cit ꝙ ꝯfert tusci ꝓprie cū amigdalis ⁊ zuc
caro facilitat sputū et ꝓhibet sputū san-
guinis: ⁊ est calidū in p̄io: sꝫ magis hūi-
dū. Aliq̄ ꝯficiūt eū cū lapidibꝰ fluuialibꝰ
agitādo ⁊ aliq̄ i vase ligneo lōgo cū maxia
agitatiōe q̄s modos exptꝫ i arte dimitto.

Caplm nonū primi tractatꝰ de varijs
modis cōponēdi caseū vcz de formis ac-
cidentalibus quibus imprimuntur.

Uia forma est que
dat esse rei nō intēdo i hoc
caplo loq̄ de illa forma q̄ ē
substātialis: q2 nō eēt ad ꝓ
positū nr̄m: sed solū de for
ma accidētali q̄ est figura diuersa ẜm di-
uersas dimēsiones: ⁊ hoc iō q2 satis face
re videt illa diuersitas figurarūz aut for
marū ad caseoꝝ diuersitatē. Nā quis du
bitat caseū magne figure vel quātitatis
differre ab eo q̄ est ꝑue q̄titatꝫ ⁊ i saporē
⁊ in durabilitate: vt casei placētini ⁊ cōsi
miles q̄ sunt magni valde respectu ꝑuo-
rū caseoꝝ de la mora. Nā ēt ꝑsupposito
ꝙ ex eodē lacte cōponant ⁊ eq̄liter distēt
a p̄icipio cōpositōis ꝑ sex mēses gr̄a exē
pli alteriꝰ saporis erit vnꝰ q̄ aliꝰ: tū q2 in
maiori quāto est maior virtꝰ apta meliꝰ ⁊
lōgiori tꝑe ꝯseruari vt i seq̄nti dicet cap̄.
tū q2 citiꝰ exiccabit paruꝰ q̄ magnꝰ ⁊ ci-
tius senescet: ēt si sint equalr̄ lati: sed vnꝰ
alio spissior eadē rōne i eq̄li tꝑe sapor po
terit variari. Fit ēt variatio in formis: nā
aliq̄ etvt plurimū fiūt rotūdi aliq̄ aliq̄li-
ter rotūdi ⁊ oblōgi ad q̄titatē semicubiti
vel parū minꝰ vt casei marcellini de q̄bꝰ
ifra. Aliq̄ fiūt rotūdi cū decēti spissitudi-
ne vt placētini ⁊ locorū adiacētiū q̄ sunt
mire pulchritudinis vltra bonitatē. Alij
fiūt rotūdi cū magna spissitudie: vt q̄ fiūt
in mōtibꝰ nouarie: nā adeo sunt pigues
vt nisi spissi valde forēt sustētari nō pos-
sent. Fiūt ⁊ alij oblōgi ad q̄titatē cubiti ⁊
q̄si quadrati ad grossitiē brachij i q̄bꝰ po
nit certū lignū i medio ad grossitiē digi-
ti: q2 alr̄ i illa figura ꝓpter piguedinē su
stētari nō possent: vt in taratasia ⁊ i mau
riana i q̄bꝰ tñ locis ēt aliarū formarū vel
figurarū casei cōponunt vt ifra patebit.
Fiūt ēt alij q̄si ex toto rotūdi vt i Brixia
⁊ i aliq̄bꝰ ꝑtibꝰ burgūdie ⁊ ꝑria barbonē
si: ⁊ appellant apd̄ aliq̄s clon apd̄ alios
chalamon a quodā loco denoiationē su
mētes. Alios vidi ēt caseos triāgulares ⁊
alios q̄drāgulares. Uerū ex istis formis
nō tāta pōt insurgere diuersitas: q̄ta ēx
alijs formis vt i seq̄nti cap̄. demōstrabit.

¶ Cap. x. pmi trac. de diuersitate caseoꝝ ex pte nouelitatis vel antiqtatis ipsoꝝ.



Antã recipiunt casei diuersitatẽ ex pte nouelitatis ⁊ antiqtatis vt nullo mõ pretereũdũ sit. Et iõ dicere possumus de caseis: vt dicũt doctores nři de tyriaca. Nã sicut i tyriaca magnã imo maximã videmus ex etate vel tpe cõtingere diuersitatẽ: q2 tyriaca noua ifrigidat imo notabiliter stupefacit: antiq̃ vo nõ mediocriter calefacit: ⁊ Auic. qnto canonis in cap. de tyriaca dicit. Et tyriace qdẽ accidũt ifantia et pubertas ⁊ adolescẽtia vel iuuẽt9 ⁊ senectus ⁊ mors. Nã i pñcipio sue cõpositionis i infantia est stupefactiua valde: apd vero sex mẽses venit ad pubertatẽ ⁊ vigorẽ calorꝭ: circa vo tertiũ quartũ qntũ sex tũ vsqꝫ ad decimũ semp acqrit bonitatẽ ⁊ tũc est iuuẽt9 q̃ durat vsqꝫ dũ incipit minui virt9 vꝫ vsqꝫ ad trigesimũ annũ i regiõib9 calidis ⁊ quadragesimũ i frigidis ⁊ tãdẽ accidit mors cũ ãpli9 nibil valeat. Jta possum9 imaginari de caseo: nã i fantia est circa tẽpus cõpositiõis ipsi9 i quo abũdãtib9 hũiditatib9 substare nõ põt: sicut etiã infantes se regere ⁊ sustinere nõ pñt. Et tũc caseus est frigide ⁊ hũide cõplexiõis. Qñ aũt elõgatur a pñcipio cõpositiõis: ptim ab aere extrinseco exiccãte: ptim ꝑpter sal: ptim a virtute coaguli exiccaꝛ ⁊ figiꝛ taliter ꝙ subsistit: et sic est pubertas vel adolescẽtia: i qua tã hũiditate ꝗ̃ frigiditate remittitur. Succedẽte postea tpe exiccato: penit9 hũido superfluo a causis antedictis facta bona ⁊ decẽti fermẽtatiõe redditꝛ saporosi9 ⁊ i pfectiõe bonitatꝭ sic ꝙ põt dici i iuuẽtute cõstitut9. Postea vo tẽdit ad senectutẽ qsi superflue exiccaꝛ: ⁊ aliqñ ad putrefactionẽ: ⁊ tandẽ ad incineratiõnẽ: vt ex dictis in quarto methauroꝝ colligiꝛ. ¶ Jste tñ etates caseoꝝ sunt differẽtes pluribꝰ causis prĩo rõne regionũ: q2 sicut de tyriaca dictũ est ꝙ in regionib9 calidis pauciori tpe durat: iu ipsi9 pfectiõe ꝗ̃ in frigidis. Jta ẽt de caseo dicere possum9 eo ꝙ i calidis regiõib9 citi9 humidũ casei resoluiꝛ ⁊ sic tãdẽ citi9 deueniꝛ ad illã hũidi mẽsurã cũ qua nec sapor nec odor boni in tali subiecto cõseruari pñt ⁊ hoc est experiẽtia manifestũ. ¶ Abbreuianꝛ etiã etates caseoꝝ aut ꝓlõganꝛ rõne aialiũ ex qbus extrahiꝛ lac ꝙ ex sicciorib9 aialib9 aliis p tib9 case9 citi9 exiccaꝛ: ⁊ ex hũidiorib9 tardius: ⁊ sic case9 ex lacte vacaꝝ diuti9 ꝯseruaꝛ: vñ lõgiores ipsi9 erũt etates. ¶ Ex pte ẽt ꝗ̃titatꝭ casei fit variatio nõ mediocris: vt aliqualꝛ supi9 dictũ est. Nã magni casei vt placẽtini parmẽses ticinẽses ⁊ mediolanẽses ꝯseruanꝛ q̃tuor ãnis aut sex i pfectiõe: vbi alij minoris ꝗ̃titatꝭ plures post scdꝫ annũ putrefiũt aut ita exiccanꝛ ꝙ bõitatẽ pdũt ⁊ saporẽ ⁊ fiũt fragibiles. Ad qd tñ nõ paꝝ facit mod9 gubernatiõis ꝗ̃titas salis ⁊ coaguli vt i sequẽtibus apparebit que oĩa habẽt casei variare cõplexionẽ. Et sic ꝯcludẽdo caplm dico ꝙ case9 nou9 est frigide ⁊ hũide cõplexiõis respectu antiq̃. Mediũ vo tpis est mediũ ⁊ ãtiqu9 calẽ ⁊ sicce ꝯplexiõis.

¶ Caplm vndecimũ primi tractat9 de diuersitate caseoꝝ ex pte diuersitatꝭ coagulorꝝ vł aliaꝝ reꝝ coaguli naturã tenẽtiũ.



Si consideremus q̃ supi9 dicta sũt de coagulis ⁊ lac coagulãtib9 facile erit cognoscere ista posse ẽt i caseis differẽtias facere. Nã coagula diuersoꝝ aialiũ sunt ⁊ diuersaꝝ cõplexionũ. Et pĩter dico de aliis: q̃ loco coaguli apponunꝛ. Et adhuc i coagulis ꝯsiderare opꝫ ꝗ̃titatẽ q̃ apponiꝛ: q2 maior ꝗ̃titas aliis pib9 reddet casẽũ sicciorẽ: ⁊ si excedat mediocritatẽ minori tpe case9 cõseruabiꝛ ⁊ erit magis acut9 i sapore imo mali saporis: vñ aliq̃ casei habẽt saporẽ extraneũ q̃ coagulo supfluo ascribitur: cui9 cã satis est nota: qm coagulũ dũ venit ad antiqtatẽ maxĩe reddiꝛ calidũ ⁊ acutũ resolutiuũ: ⁊ ꝑpterea vꝫ i fluxu vẽtris ab hũiditate cõtingẽte vt vult philosoph9 tertio de aialib9 vltio cap. iõ resoluit casei hũiditatẽ inducẽs illã acuitatẽ ⁊c. Si aũt fiat coagulatio ex floꝛib9 camelẽõtenõ tm neqꝫ ita cito fiet resolutio humiditatũ: neqꝫ in caseo iduceꝛ tãta acuitas sicut ex coagulo aialis fieret. Considerãda est ẽt antiqtas coaguli qm coagulũ ꝗ̃to ãtiqui9 tãto acuti9 vt supra de mẽte Aristotel. ⁊ Alberti allegatũ est. Jõ case9 fact9 ex ãtiquiori coagulo ꝑposita alioꝝ pitate citi9 exiccabiꝛ ⁊ ꝯñr citi9 veniet ad

senectutē et mortē.i.ad nō gradū bōitatis.

¶ Cap. xij. pmi tra. de diuersitate caseor ex pte salsedis maioris vel mioris ipsor.



Acile est itelligere φ ex sale magna accidit diuersitas. Nā oēs doc.i hoc cōueniūt φ caseus nō salitus maxie recēs est frigide et humide cōplonis: salitus tñ et maxie antiquus est calide et sicce. Vñ attēdere opz salis qntitatē: nā aliqñ parū apponit: aliqñ multū et aliqñ mediocriter: vñ si multū apponat salis calidioris et siccioris erit cōplexiōis. Si vo paz ēt paz mutabit ad calidū. Et si mediocriter medio mō se habebit. ¶ Aduertēdū tñ φ aliq casei sine sale ɔseruari nō pñt aliq vo sic: et cām imagior: nā aliq casei fiūt ex lacte ita hūido φ hūiditas q i caseo remanet est tāta sic cruda et indigesta φ sine sale seruari non posset maxime notabili tpe: et tales casei sūt maxie isipidi i principio cōpositiōis eor: Alij vo fiūt ex lacte minus habēte de hūido et magis saporoso ac digesto: siue hoc a natura pascuū: vel qūis alia cā pueniat et tales sine sale pñt ēt vsqz ad antiqtatē ɔseruari: vt sunt seracij vallis augusste de nus et aliq casei tarātasie et briesie qbus apō multos eos cōedēdo sal apponit. Aduerte tñ φ aliq apponūt studiose multū de sale vt comedētes minus possint comedere. Et adde hic φ qnto caseus fuerit minus piguis tāto minus tollerat de sale et ecōtra: ppterea φ sal citius extermi nat hūidū casei siccioris et ipm cōsumit. Verū isti casei nō salui de qbus supra sunt valde butirrosi et pigues sz ex ad̄dicta cā pñt cōseruari ēt sine sale: et credo meliores remāuerēt qz si sal apponeret. ¶ Cōsiderāda est ēt salis cōditio cū i vno sale sit magis de salsedine qz in alio. Itē et tritura salis maior vel minor: qz magis tritū magis et citius penetrat ad ptes cētrales casei vt notū est. Sz p fine capli credo φ si posset sine corruptiōe caseus sine sale cōseruari melius esset sal nō apponere et esset humanis corporibus cōmuniter minus lesiuus saltim dum antiquatur.

¶ Caplm decimūtertiū pmi tractatus a diuersitate caseor ex pte locor in qbus ɔseruant: et ex parte eor que caseis circūponuntur pro ipsorum conseruatione.



Via locus est cōseruatiuus locati vt elicit ex dictis philosophi qrto phisicorū: opz videre de locis i qbus casei melius ɔseruātur: et nō sine admiratione est. Cū videri aliqs ɔseruare caseos i locis siccis: imo circa fornelos aut camios vbi faciūt ignē et ibi psepe est fumus. Alios vo vidi caseos cōseruare in cauernis terre fodiēdo terrā satis pfunde et paleis ipositis et suppositis caseos ibidē includere et ibi p mediū annū dimittere. Alij vo et p maiori pte in locis recētibus: satis luminosis hñtibus duas oppositas fenestras vt aer libere intrare possit et exire et ibi sup mōdis postibus ipos sepe reuoluēdo et manibus abstergēdo ɔseruāt: et hoc faciūt placētini qui caseos ita mōdos i corticibus eor pseruāt. Aliqñ tñ ipsos butirro recēti iungūt maxie dū icipiūt antiqri ad supfluā exiccationē phibēdā: et hic videt bonus modus cōseruādi. Illi vo q ppe ignē ɔseruāt credo cognoscāt supfluā hūiditatē casei: iō studēt in ipsius remotiōe et casei exiccatiōe: sz credo tales diu seruari nō posse. Qui vo in cauernis et locis ita hūidis caseos seruāt dubitāt de supflua exiccatiōe q fit ab aere et alijs et iō caseū icludūt vt supra et forte p talē locū fit i caseo citior et melior fermētatio reclusis aliqbus vaporibus q exalarēt et phibita respiratiōe retineut. Credo tñ φ si ab ipis rō qreret rñderet nesciret: sz vt ɔsuetudie maior suor isequūt aut qz vel le suū cuiqz ē nec voto viuit vno: vt poeta testat. Aliq ēt iponūt fenū et circūnoluūt et i locis hūidis ɔseruāt maxie i nouelitate ipor: et postea volētes ipos ad ātiqtatē cōseruare funibus suspēdūt. Alij i blado submergūt: et ibi cū tēpato calore ɔseruāt: et ab aeris supflua exiccatiōe: et sic diuersi diuersos hñt gubernādi modos: credit tñ qlibet modū suū eē meliorē. Verū ad bñ gubernādū caseos cū ipor natura: vt patuit i supioribus sit diuersa credo modū gubernatiōis ipor debere ēt eē diuersū collocādo supflue hūidos in locis siccioribus et sicciores i locis hūidioribus: hñdo semper oclos ad qlitates aialis a quo lac extractū ē: ad pascua ad qntitatē butirri extracti: ad formā accidētalē de qbus supra: et nō dubito qn aliq casei i multis regiōibus

boni meliores redderentur si ad has particulares intētiōes respectus haberetur.

¶ Capitulū decimūquartū primi tractatus de diuersitate caseoꝝ ex parte cruste grosse vel minus grosse.



Ignorantie proprie cõstansissimus et prestantissimus: inconfessorũ et inexcusabilis infirmorũ neglector. Non ergo ei fides est adhibẽda etiã maxime in medicina. ¶ Studiose ergo fugiẽdi sunt tales lõge tanq̃ cõmunis pestis prouincie: cõtra quos insurgant leges: armẽtur iura: vltore gladio feriãtur. Erit preterea medicus erga egrotantẽ nõ malus et adulator medicus: hic em̃ est: qui solũ extolli a vulgo et mulieribus: et inanis glorie iactãtia ditari intẽdit: veluti taxillus Galieno infest⁹: ꝓpter qđ studet hic talis infirmis et egrotis mulierib⁹: et vulgo blãdiẽdo i oĩbus cõplacere: siue que placẽt: noceãt: siue non. Ideoq; et ipse abominãdus est et fugiẽdus: de quo sermonẽ habuit Gal. in lib. de mirabilibus pronosticationum dicẽs. Ex his em̃ qui existimari magis q̃ esse studeãt. instruitur quilibet his ex q̃bus prosperabit apud multos: scz dicere q̃d et agere ad delectationẽ: et blandiri et adulari: et salutare quolibet die diuites et potẽtes in ciuitatib⁹: et precedere: et premittere: cũ domũ eãt vt honorabiliter recipiãtur: bene locentur. Quidã aũt eorũ non solũ his: sed etiã vestiũ et annullorũ varietate: et multitudine assequẽtiũ: et vasorũ argenteorũ preparatiõe idiotas putare suadent dignos imitatiõe se esse. Ex his oĩbus hinc quidẽ alliciẽtes: hic etiaz stupere faciẽtes hoĩes expertos veri iudicij rerũ. Et etiã in libro de elemẽtis auctoritate Hypocratis. Medicus aũt sinister similiter et adulator hi sunt de quibus dicit Hypocrates in libro de lege. Medici quidẽ noĩe sunt multi: ope vero valde pauci. Erit ergo medicus nature egrotantis sibi commissi diligẽs minister et adiutor. Memor continuo verborum diui Mesue in prohemio suo de appropriatis dicentis. Tu qui corporũ curã geris: auxiliari ne differas: nã semel pereũti nulla sunt deinde suffragia. Nõ ergo prolonges in crastinum: qđ hodie facere debes: sed presto consiliũ redde: et manũ suam adiutricẽ velocẽ in agẽdis porrigas. Curandi methadum donauit tibi Deus: igitur ne irritũ facias donũ eius: sed cor: que de eius largitate abũdãtius suscepisti ne parcus esto. Expedit tamẽ medico in approximãdis remedijs non ita prõptũ esse: vt ide efficiatur preceps: immo prestat eũ recte et mature considerare. Nam si artifex operãs in corio et ligno anteq̃ ad actũ deueniat pluries diligẽter studet metiri et mensurare: quãto magis medicus in humano corpore maturiori cõsilio eget. Nã vt ait Galienus prima particula affoꝛismorũ. Si experimẽta in corio et ligno non bene successerint: fere non fiet corruptio. i. dãnũ. Sed si in corpore hũano simile succederet experimentũ destruitur subiectũ: et fit quasi quidã interitus: et sequitur inde dãnuz incorrigibile. Erit ꝑterea medic⁹ egrotãtis pius et misericors: ita vt poti⁹ vinculo cõpassiõis visitet q̃ recipiẽdi premij gratia. Inquit em̃ Mesue. Ratio clamat ad iudiciũ: si misericordiã deseris ꝓpter qđ inquit: q̃ opz medicũ cũ infirmo languescere: et sanitatẽ eius proxime suscipere. Qui em̃ respicit sup infirmũ et egenuz in die mala liberabit eũ dñs. Erit nõ aliter q̃ fidelis iuxta illud Catonis. Corporis auxiliũ medico committe fideli. Fidelis enim medicus: dixit Nicolus: cauet ne per imperitiã: aut inaduertẽtiaz: seu per negligentiã deficiat eius opus: qđ est inductio in quopiaz sanitatis dolos et fraudes non cõmittit: sed et fugit preceps: et precia emulorum sui egroti spernit: et fugat. Minas non curat. Spem acquirende sibi rei alicuius non habet. Letiferũ: nec abortiuũ ꝑparat et ministrat nulluz. Monitus continua preceptorũ Mesue dicentis: caue o medice ne amor: aut preciuz: aut spes aut timor: aut mine: seu aliqua alia humana gratia te circunueniãt vt declinis sis a recto. Sunt eniz celi qui arguunt elemẽta q̃ seuiunt: et si nihil hic in posterum cruciatus gehenne. Nullã rem domus patiẽtis: nedũ surripere presumant: immo neq; cogitare: immo omnia sint intacta: vt mũdis manibus: et nõ fur: erit medicus diligens infirmorũ visitator frequẽter etiã de eis requirens per se: vel per idoneũ quẽpiã etiã discipulũ. Si acuta et difficilis fuerit egritudo infirmo semp assistat medicus: dixit em̃ Rasis decimo Almansoris: opz in egritudinib⁹ acutis nõ solũ medicũ sepe: sed semper assistere. Morb⁹ em̃ acutus celerẽ est mutatiõis in diuersa. In alijs aũt nõ sic difficilib⁹ bis i die mãe. s. et vespe egros visere sat est: dõec sane⁊: neq; al'r freq̃tãdũ

ad eos: sic eñ nimia familiaritate vili pē deretur. Nullū egrotantē medicus visitat nō requisitus: nisi infirmus talis fuerit: vel pauper vel de genere affiniū vel domesticoꝝ amicoꝝ. Dixit Halyabas precepit Hypocrates in suo testō medicū medie infirmoꝝ operā dare ⁊ per cibos: ⁊ medicamina regulare. Erit continuo medicus promittēs spē salutis: immo et patiētis animū mellitis suasiōibꝰ in letitiā et gaudiū alliciēs: et eius spem nutriens. Vñ Damascenꝰ in afforismis. Oportet te infirmis semper salutē promittere: nunq̄ illos a spe deponere: et si ipse desperes. Cōplexio eñ corporis affectioni animi semper inheret: ⁊ subdit infirmos in eoꝝ spe aiare non desinas. Et Cassiodorus: naturalis cura est egris dare letitiā: nā fac inualidū gaudere: et sanatus erit. Erit medicus auctore Halyabate studiosus egrotis et eoꝝ curis maximeq̄ ⁊ egenis: ⁊ pauperibus nec ab eis vtilitatē q̄rat: aut retributionē ⁊ si q̇d posse est ipsi de suis det ei medicinas: pecunijs suis assignet illis q̄ poterit. Dabit operā medicus medele infirmoꝝ eoꝝ precibus: et medicinas regimini: nec sit eius ad querēdā in medēdo intētio pecuniā: sed a deo retributionē: ⁊ meritū. Nō suscipiet pre ceteris medicus onus in se antiquarū et malarū egritudinū sub spe alicuiꝰ lucri. Nā tales egritudines postea a deo incurate relicte infamāt eū: ⁊ detrahūt noī eiꝰ dicēte Mesue: nolite o medici malarū egritudinū cure onus suscipere: nec nomē subire medici mali: dixit aūt signāter onus cure: q̄ taliū egritudinū non dꝫ promittere sanationē: si tñ ab infirmo: vel eius attinētibꝰ aggrauaret̄: tūc protestatione p̄missa pōt aggredi curā. Dixit eñ Rasis decimoquinto continētis: curādi sunt a te o medice morbi faciles ⁊ fugiēdi qui manifeste aut occulte sunt fallaces. Medicus ad visendū egrotū: ductus in eūdo vtatur bona cautela. Debet eñ a conducente se q̄rere de egritudine patientis: ⁊ de eiꝰ quibuslibet accidētibus de appetitu: et somno: ⁊ de vētris beneficio: et similibꝰ. Et si febrit qua hora inuadit eū febris ⁊ si cū frigore: vel si specialiter in aliqua corporis parte doleat. Hoc aūt facere debet: vt quātū fuerit ei possibile de eius egritudine certificetur. Cū ergo ad infirmū medicus venerit nō sit eius ad infirmū ingressus cura nisi vt eius moliat̄ sanationē: vt est apud Halyabatē. Salutet itaq̄: vt decet: a corporali malo: dicēdo liberet te deꝰ vel saluus sis: vel tale consimile vt dici solet cōstito sibi egrotantē pctā sua nō fuisse cōfessum anteq̄ ipsū tāgat aut aliud de signis suis videat: ip̄m interrogare debet si aperuit suoꝝ pctōꝝ cōsciētiā sacerdoti. Quod si sic: bene est: si vero nō promissionē ab eo recipiat sic se facturū: multe ei egritudines propter pctā emergunt. Vñ Azaronꝰ. Egritudines nōnūq̄ inuadūt hoies ex malitia regiminis cibi: ⁊ potus: ⁊ ex peccatis: ⁊ preuaricatiōibꝰ: ⁊ vltima causa ex maledictis demonibꝰ qui dicūtur alabin. Nō audebit aūt medicꝰ post primā visitationē: immo post signorū egrotātis inspectionē vllo mō ampliꝰ de cōfessiōe illi sermonē facere. Nā posset forte hoc ab eo audiēs de salute diffidere: suis tñ medicꝰ dicat ꝙ eū ꝯfiteri faciant. Qđ si egritudo timorosa fuerit domui etiā sue disponat: quolibet tñ: vt fieri pōt terrore remoto. Vtat̄ preterea medicus altera cautela dū locū vbi residet ī firmus ingressus est circūspiciat si forte viderit fructus: herbas: aut fomēta aliq̄ parata: per q̄ cōiecturari possit sup egri infirmitate qua cautela vsus est Galienꝰ Rome dū a Glaucone ductus fuisset ad visendū medicū credentē se esse pleureticū cū tñ pateret̄ apostema epatis: vide capl'm septimū libri q̇nti de interioribꝰ. Sic eñ medicus bonus cognitor indicabitur: ⁊ eger in eo ardētius cōfidet tanq̄ in sui egritudinis cognitore: et sue salutis actore. Cūq̄ ad infirmū peruenerit si via longa extiterit: aut arcta sicut per scalas ascēdere: nō illico infirmū tanget: cū illi occurrerit: precepto Rasis quarto continētis: q̄ forte medicus propter laborem ex itinere estuose fatigatus erit: vel permutatus forte presentia astātiū nobiliū: quos contingit inuenire ꝓpe egrotantē. Vel forte q̄ infirmus videns medicū ad se veniētē nimiū letabit̄: aut propter medici p̄sentiā verecundabit̄. Vel forte propter expensarū considerationē tristabit̄ sicq̄ permutationē recipiet eius pulsus propter qđ confundet̄ eius indiciū: per aliqđ igitur spaciū quiescat: vel resideat

medicus

medicus: quousq ipse vires resumat: et omnino quousq: et ipse qui tāget et eger tangēdus sit ab omni accidēte quiete. Interim aūt medicus quiescens locū domus: vel camerā laudare debet si cōueniēs fuerit aut reprobare post hoc aūt medicus hylari vultu ad infirmū cōuersus facieȝ eius pernotās etiaȝ in lumine si opus fuerit. Tū quia signa faciei sunt manifestiora. Tū quia in mēbris faciei est magna virtus. Nā res siliis: et dissimilis in principio rei est de maioribus rebus in signādo: vt inquit Galienus primo pronosticorū cōmento octauo auctoritate Hypocratis. Tunc etiā quia per dispositionē faciei cognoscet medicus semp rigorē: et mortificationē cādoris naturalis manātis ex corde. Brachiū sibi porrigi percipiat qd debet sua sinistra manu sustinere: vel ponsatū sup lectū ponere: et quatuor digitis manus dextre cū silentio pulsum inquirere etiā vtriusq brachij: et oēs differētias eius notare vsq ad cētesimā: vel circa pulsatiōeȝ pulsus semper tāgēdo expectās: et tāto tpe tāgere si ue vsq ad cētū vt qdā dicūt: siue vsq ad xx. vt alij: siue vsq ad. xij. vt aliq aliū quousq discernat medicus an pulsus sit equalis: aut inequalis: ordinatus: an inordinatus: et an interfectus in medio cadēs quas differētias nō poterit aliqñ cognoscere: nisi post plures: et plures percussiones. Est aūt bona cautela diutius aliqñ morari in tāgēdo esto etiā q paucioribus pulsatiōibus posset pulsuȝ discernere vt ab infirmo: et an stātibus attētior: diligentior et gratiosior habeatur interea tñ cautius cōsideret habitudinē patiētis: faciē et caput: et post cognitū pulsum cōtangat pectus: et hypocūdria: et regionē nutritiuorū et mēbrorū. Uidebit quoq linguā: et dētes: et vt quidā dicūt (qd tñ ego nō facio) odoret oris halitū infirmi: sic eñ accuratior iudicabitur: sic eñ et Galienus fecit cū Glaucone Rome ad tutiā medici egrotantis vt libro interiorū caplo septimo. Omnibus aūt presentibus infirmo etiā audiēte iudicet de multa pulsus bonitate: dicēs: vrinā tñ videbo: quia maxime his duobus pulsu videlicet: et vrina intelligitur genus febriū: et origo cause tēporū: ratio vita: mortisq professio: vt inquit Galienus de febribus ad Glauconē. Et surgens in absentia egrotātis vrinā videat in qua per cōueniētē morā obseruata debita cautela circūtenēte vrinā: cōsideret que in eo sunt cōsiderāda. Caueat tñ: ne in presentia egrotātis hoc fiat nō eñ debet medicus corā infirmo solus: vel cum alijs aliquid tractare de pulsu: vel vrina stāt eñ egroti auribus attētis: vt audiāt quid loquatur medicus. Et ad infirmuȝ denuo reuersus firmā ei promittat salutē: et nō vereatur etiā mendacijs vti: sunt eñ hec officiosa mendacia: et salutē ei permittat: pollicitus eñ diues quilibet esse pōt iuxta illd. Promittūt medici: tractāt fabrilia fabri. Omnia tñ ad curā eius necessaria fideliter ordinabit hortando tñ ipsuȝ: vt seipsuȝ que opȝ prebeat facientē suscipiendo que parabūtur plurimū cōfidenter: nam sic faciēdo non solū certa: sed etiā velox subsequetur sanitas.

¶ Capitulū de cautela in interrogādo.



Erit autem medicus oportunis nihil omittens vt honori: et glorie sue cōsulat post signorū igitur visionē vȝ vrinā: egestiōeȝ sudorē: vomitū: sputuȝ: alijs existētibus vt cūcta bene examinet: perquirēs etiā per interrogationē. Audiēs ab infirmo: et ab astātibus oīa que potest: inuestigans de oibus mutationibus egro superueniētibus: et que superuenerūt: et ita in posterū q superueniēt in processu vite nō solū magnis: sed etiā quantūcūq paruis: vt certior factus deceptiōes: et fallacias quascūq euitet. Galienus in libro pnosticoruȝ dicens necessariū esse medico interrogare causarū genera eos qui laborant: et de oibus que cōtigerit: et de eorū vnoquoq ne sinet se medicus decipi ab infirmis nō detegētibus omnifariā morbi causas: et sinthomata vt non derelinquātur incurati. Et primo ad glauconē medici ingredictes ad infirmū primuȝ eñ a maximis cōtēplari oportet ea que sunt fm egruȝ. deinde vere ab alijs. Nihil eñ quantuȝ possibile est etiā minimū obmittentes: et Damascenus in affoꝛismis: oportet de oibus egrū: vnde egritudo nasci soleat inquiri: tam in exterioribus: q in interioribus: neq te egrū per oia interrogare pudeat. Et Mesue similiter: non te pudeat egrū super oia interrogare: et hoc vt me-

E

lius et facilius super notitiaʒ rei venias: sicut ⁊ recte intonuit Boetius primo de cōsolatiōe si operaʒ medicātis expectas oportet vt vulnus tuū detegas. Cuʒ igit̃ de nouo vocatur medicus ad curā patiē tis querat nūquid aliqd illi factū fuerit: ⁊ q̄ remedia: ⁊ nūquid nocuerint: et tunc dicat se ea nō laudare. Si vero iuuerint non laudet: vt subtilior videat̃ vltra vulgares. Tria autē maxime petet medicus auctore Galieno scdo de interiorib9. s. locū idest mēbrum in quo est egritudo: passionē ⁊ sinthomata: ⁊ horū causa in notitiā illorū veniēs: etiā si fieri potest cū notitia oim sensuū exterior: qđ vbi fieri nō possit laborandū est cū sensibus interiorib9: et demū rōne si opus fuerit tñ a patiēte habita pquirēs ab eo de eius dispositione: vel etiā ab accidētibus q̄d patiatur interrogās. Cōsiderās in primis: preterita ipsa dearticulate perquirat interrogās quo tēpore: quota die ac hora patiēs egrotauerit. Et si aliqñ amplius cōsueuit egrotare: vel nō: ⁊ qua egritudine et si aliqua sue egritudinis causa precesserit primitiua: ⁊ quo regimine vsus fuerit preterito nedū vni9 anni: sed pluriuʒ. Quo autē ad sinthomata seu accidentia perquirat medicus de accidentibus aiarorū mēbrorū: vtrū videlicet dolorē capitis patiatur: aut vigilias superfluas: vel insomnietates aut somnū modū excedē tē: ⁊ de similibus: ⁊ de accidētibus mēbrorū spiritualiū nūquid anelitū anxiuʒ: an circa pect9 incēdiū: suspiria: tremorē cordis: ⁊ cōsimilia. De accidētibus vero nutritiuoruʒ nunquid prostrationē appetitus habuerit in sitim vel famē. Si cibuʒ vel potū retinuerit: vel vomuerit: aut retentū reiecerit. Si assumpto cibo grauet̃ vel ne. Si fluxum ventris ⁊ euacuatiōes alias vrine seu sudoris menstruoruʒ: vel emorroydaruʒ: vel alias quales oportet habuerit vel ne. Ex his eñi preteritis per inquisitionem inuētis: ⁊ presentibus scilicet vrina: egestione: et alijs existētibus mutatis et qualitate mutata: de quibus supradictū est per sensum perceptis mirū: immo dū medicus in operatione sua fortunabitur: adeo vt ex his cognitis poterit medicus de passiōe causa ⁊ loco sumere notionē: quam dum patienti nunciauerit: admirabilē medicum iudicabit et per cōsequens in manibus illius confidēter se cōmittet. Exemplo Galieni in libro de interioribus capitulo septimo ĩ cura medici egrotantis. Cuʒ Glauco ad ipsum accedēs Rome ibi. His omibus sensu et ratiōe dijudicatis: ⁊ mēte discussis erit medici officium: vt ab intrinseco separatus ꝯsanguineos et amicos egro tātis: vel quoscūq; presētes seorsuʒ vocari iubeat: et patiētis egritudinē maifestare: immīnēs vel nō immines periculū detegere. Sit tñ talis sermo eius: poti9 vt eos non aggrauet postremo remediū adhibere.

¶ Capitulū de cautela in pronosticādo.



Dixit Galien9 libro pronosticationū. Non circūambulo predicās meas pronosticationes ⁊ curas: ne magis medici odiāt me diuinatorē ⁊ magū vocātes: et alia milia cōtra me promulgātes: propter qđ inter medicorum sapientes conuenit medicū oportere esse sagacē: et astutū nō precipitem: nec festiuū in futurorū pronuciatione. Preuidebit itaq; medicus ante pronosticationē omniū preuisiones examine dicentis Hypocratis primo pronosticorum: q̄ de melioribus rebus est vt medicus vtatur preuisiōe idest pronosticatione. Et Galien9 primo de creticis. Nō est medicus qui meditetur rōne nisi pri9 iudicauerit ratione ⁊ iudicare non poterit nisi rē rōne cognoscat. Erit ergo medicus nihil saltē in pria visitatione de futuris dispositiōibus patiētis pronūciās precipue tñ de salute vel morte: de quib9 profecto iudiciū certū haberi nō potest nisi pluribus cōditionibus prenotatis. Expectabit igitur futura signa subsequē tia in patiente: vt illorū naturā atq; virtutem considerās omnia adinuicē cōparās sue pronosticatiōis iudiciū quo melius fieri poterit cōfirmetur: et precipue cognitio virtutis ⁊ morbi dispositionib9 ⁊ ad inuiceʒ comparatis. Si bona signa preualuerint pronūciet de salute. Si vero ecōtra de perditiōe semper tamē pronūciando: ⁊ in sermone sit medicus dubius. Dixit eñi Auicēna secunda quarti. Cum apparuerint signa mala timorosa premittimus sermonē in perditione inde ad plurimū contingentē. Nam quis

saluo eius honore nõ fungatur mulierũ neq3 astantiũ officio. Sic eñi vilipẽderet seipsum. Erit medicus magis sollicit9 de dieta q̃ de potiõe aut cyrurgia. Uñ Damascenus. Si dieta curare potiris ꝓsperã inuenies: ꝑpter qð Gal. pˀio regiminuȝ acutoꝛũ dixit: ꝙ medicus dȝ habere duos oculos. Dextrũ attentũ ad virtutẽ dieta. s. cõseruandã: ⁊ sinistrũ ad egritudinẽ depellendã ⁊ fugiendã per potionẽ et cyrurgiã. In singulis visitatiõibus studeat medicus aliqd noui facere vel ordinare vel mutare: subtrahere vel addere: ne frustra videat̃ omni vice visitasse. Ad vsum tñ medicinarũ: si deuenire op9 fuerit: vtat̃ medicus mitioꝛib9 ⁊ nature magis familiarib9. Erit igit̃ in vsu ei9 medicina poti9 cibalis q̃ vera ⁊ pura medicina. Nã blãdiri coꝛpoꝛib9 hũanis patiẽtibus magis prestat: ⁊ hoc si cura blãditiua sola moꝛbus depelli possit. Paret ita ꝙ medicinas iocundioꝛes ⁊ sapidioꝛes. Unde Damascenus in affoꝛismis. Medicina que tẽperamẽto vicina est odoꝛifera. Si ꝺm eã cibus fieri possit optimũ esset medicinarũ virtute tñ integra seruata: vt iquit Galien9. Et in hoc bona cautela obseruet̃: vt cũ bꝛodio aliqñ exhibeatur: vt mãna ⁊ aliqua cõsimilia. Laudauit enim Damascenus in affoꝛismis suis quietẽ sup potionẽ: idest dimissionẽ medicine. Unde Galien9 octauo memiri dixit. Cibi apud ea que nutriũtur: idest mẽbꝛa familiaritatẽ ꝺm bonã substantiã habẽt: qð est maximũ. In curis passionuȝ q̃ fiunt ꝺm discrasiaȝ: optime eñ operãtur ea que cũ hoc ꝙ sanant discrasiã ꝑsit nutrire. Ad puras vero medicinas conuersus medic9: si opus fuerit: eas poti9 paulatim q̃ subito prestat appꝛoximata: ⁊ exterius magis: q̃ interius: hoc tñ faciẽdo pꝛout sanãde dispositiõis reqrit necessitas. Solutiuas medicinas quoad fieri põt deuitet: earũ vsuȝ differat ꝙ si eis vti opoꝛtuerit: expedit vt eas cognoscat medicus quas oꝛdinat vt nõ oꝛdinet pꝛo salute letiferã. Cauere quoq3 dȝ ne in substãtia earũ sint sophysticate: aliter salsificate: ne sint in earum dosi variate: ac sint coꝛrupte: aut nimia vetustate cõsumpte spiritũ nõ habẽtes: eas quoq3 vel cõsolatas: vel ad eoꝛuȝ consolationẽ pꝛotinus intẽdat. Caueat medicus vsum medicinarũ opilatarũ: vt possibile est: ⁊ cuȝ eis indiguerit eisdẽ refractis: ⁊ potius exterius: q̃ interius: ⁊ per inferius magis q̃ superius appꝛoximatis vt pˀcipit Mesue in sua consolatione medicinarũ. In cura egritudinis non dãtis inductas: vt doloꝛis intensi colici vel squinãtie: expedit medico pꝛõptũ esse ⁊ solertẽ ⁊ copiosum in exhibẽdis remedijs gradati vnũ post aliud sine intermissione admiuistrãdo: plurimũ eñi laudandus est medicus copiosus in remedijs ꝑsentaneis. Expedit tñ medico vt cautus sit ꝺm discursuȝ tẽpoꝛũ distinguere antiquoꝛuȝ canones qm̃ natura humana ⁊ oĩm inferioꝛũ per mutata ⁊ imbecillioꝛ facta: cõtinuoq3 labitur i defectũ: vt denotat stature minoratio: coꝛpoꝛũ robur: operationũ perfectio: oĩa diminuta ⁊ vite abbꝛeuiatio. Facit aũt ad hoc nõ parũ pꝛauũ ⁊ inoꝛdinatũ viuentiũ his tẽpoꝛibus regimen. Genus eñi humanũ: teste Galieno in de regimine sanitatis in gulositatẽ lapsuȝ: incontinẽtiãq3 pˀcipitatũ: de curato factũ est discretũ: pꝛopter qð semẽ eius est tale ⁊ qð ex tali semine nascit̃: inde generat̃ discretũ medicũ adhuc viuens: quo fit: vt imbecilli nature humane iam facte multaq3 olim fuerunt remedia potentia vel salubꝛia hodie vel sunt moꝛtalia vel debilia vel inutilia. Testis est mihi Serapio pꝛimo bꝛeuiarij dicẽs: eleboꝛũ nigrũ qui securioꝛ est albo nũc esse dimidendũ: et eleboꝛus albus tp̃e Mesue erat intolerabilis: sicut venenũ perniciosum pꝛopter debilitatẽ nature. Recte ergo dicit̃ medicis nostri tp̃is quos mũdi laboꝛ agitat antiquoꝝ dogmate ꝺm tp̃a distinguite: ⁊ effectũ nature oĩ intẽtione liberate. Expedit medicũ recte considerare patiẽtiũ diuersoꝛũ naturas diuersas: vt caute procedat. Unde Galie. super vltimo epidimioꝛũ Hypocratis: ait quosdaȝ tales esse qui delectationibus se et eoꝝ desiderijs continent: ⁊ aliqui ecõuerso bene se ab illis cõtinẽt. Terrebit igitur medicus et ex officio suo trepidabit patientẽ inoꝛdinatũ ⁊ incontinentẽ: sibi quoq3 efficacia pꝛedicẽs que inde possunt sibi accidere incõmoda ex incõtinẽtia: ⁊ si persistat incontinẽs aliquantulũ condescendendum est illius desiderijs. Dixit Galie. sexto memiri qui regulari vtitur metado:

et cum hoc cognoscit simpliciū pharmacorū vires: nū॰ carebit auxilijs: siue moretur in nemore: siue agat aliqđ opus in agro: siue sit in itinere pharmacijs carēs sicut Existratus scribit ꝙ curauit se cum rubi succo: non presente in illo loco alia pharmaco. Si acciderit patientē nolle vti remedio sibi administrato vt aqua sumach: que cōfert in disinteria ꝛ fluxu vētris: colorāda est ad similitudinem vini: et dicere eā esse vinū limphatū. Similiter de vino granatorū: dicēdo patiēti ꝙ est vinū verū sed pauciferū. Caueat medicus approximare fomētationes infrigidantes vel embrocas circa aliqđ membrū tēpore crisis neqꝫ tpe sudoris vel in declinatiōe paroxismi pluriū febriū. Expedit medico: si post exhibitum pharmacū solutiuū non sequaꝛ inde solutio inculpare astātes vel malū regimē infirmi: vt ꝙ dormierit: vel non dormierit super assumptū pharmacū: vel ꝙ exposuerit se aeri vel vento: aut ꝙ iratus ꝛ cetera similia. Nō debet medicus cuicūqꝫ dolori leui cōtingēti in febribus exhibere medelā nisi excesserit. Si egrotātē in periculo vite derelinquat medicus: nō reuertatur ad eū ne forte obiens frenesi: obuiet funeri vel exequijs illius: sed mittatur famulus vel nuncius: vt inquirat de statu illius. Et bona cautela est: vt si vespere illū visitaueris: et dereliqueris illū valde aggrauatū ita vt dubites de eius morte in nocte dicas illis de domo illius vt bene tēpestiue significēt tibi de statu illius: si manē venerit nūcius iā innotescet tibi de cōditiōibus patiētis. Si nō veniet: iā cōiectu rari poteris de eius morte. Fugiat medicus quantū possibile est morituros neqꝫ val de propinquis morti aliquid operetur: ne si moriatur cito: dicatur se illū interfecisse neqꝫ sit presens dū homo moritur.

¶ De speciali cautela circa aliquos morbos et corpora. R.



Expedit medico corū corporū curā renuere ex quorū cura facile pōt incurrere ifamiā: sicut precipue sunt infantes pregnātes: ꝛ oculorū egritudines. Laborātibus pterea lapillo nullū excidat sed ex pte eius artis hoc negociū pmittat medicus: vt precipit Hypocrates in suo iureiurādo. Caueat igiꝛ medicus dū pregnātes curat si pti gat eas curare ne pregnāti exhibeat medicinā: nisi quā q sunt de familia eius pparāt: vel saltē bn noscāt: sicut ius pulli: mānā: et talia leuia. Qđ si ad fortiora deuenien dū sit: sicuti ēt ad flobotomiā caueat ne solus talē puinciā aggrediaꝛ: sꝫ sociū habeat: ne solus imputeꝛ de aborsu: si cōtigerit. Sit memor si ad puocationē abor sus aliquo spāli casu ducit minus malū esse in pncipio ipregnatiōis: ꝙ vltra pcedēte: qꝛ nō est tāte perfectiōis. Obseruet pcepta Hypocratis i iureiurādo. Nullius rogatu mortiferū venenū alicui det medicus: neqꝫ id cuiqꝫ cōsulat: neqꝫ assignet: neqꝫ qd significet: neqꝫ de eo loquaꝛ: neqꝫ pgnāti mulieri ad iterficiēdū fetū potionē porrigat: neqꝫ cōsulat: Imo ptinus deneget neqꝫ quale aut qđ sit cuiqꝫ cōmonet: ꝛ petētē corripiat: ꝛ reprehendat. Qđ si reprehēsio nō proderit ptra tales pteruo vultu oīfariā est insurgēdū. Ad medelā corporū neutrorū vt nūc nō statim approximet medicus solutiua fortia: vt pillu. cochias: vel aliđ hmōi: qꝛ multi talū: ꝛ multotiēs euadunt per solā dietā: ꝛ passio p cōstitutionē aeris sequētibus diebus ex se recedit nullo adhibito medicamie.

¶ De mercede medici accipienda.



Icet intētio medici nō debeat esse in medendo ad pecuniā: sed a deo retributionē ꝛ meritū expectare: auctore Halyabate. Attū quia expedit medico quoad fieri pōt celerius: vt eger cuius cura salutis sibi cōmissa est sanitati pristine restituaꝛ: pcipiēte Hypocrate in suo iureiurādo: medicū nemini egritudinē dilaturū. Egritudines em cū prolōganꝛ nō relinquūt medicū oīno immunē ab infamia saltē apđ vulgares. Inter ea aūt q̄ opitulanꝛ veloci saluti est vt patiētē: ꝛ q sui sunt p viribus alliciat ꝛ obliget: vt mādatis suis obediāt. Iō studiū medici sit: ꝛ ꝙ nō sit postponēdū vt a patiēte suo decēter satisfiat. Sic em medicus maioris apō illū efficietur auctoritatis: illū excellētiorē iudicat ipsū sibi ad hūanā cōmunicat pollitiā. Illi oēs obtēperare conātur: ne amittantur expense: sicqꝫ demum citius sanatur.

Juxta illud. Empta solet care multis me dicina iuuare. Si data sit gratis nihil cõ fert vtilitatis. Triplex autẽ est modus se habẽdi patiẽtis ad medicũ. Un9 quo pa tiẽs dicit diuinus: respectu medici ꝛ hoc qñ infirmus vehemẽti languore crucia tus medicũ deprecatur de restituẽda cor poris sanitate. Dyabolicus vero: duꝫ sa nitate iã adepta medico vt decet nõ satis facit: illũ negligit medico obuiãs: illũ fu git veluti dyabolicis vestigijs cõsignatũ sed human9: si patiẽs dũ sanatur: ꝛ post adeptã sanitatẽ medico iuxta merita sa tisfacit illũ sibi reputãs dñꝫ ꝛ amicũ: mer cedẽ igitur cõdignã sine intermissiõe re cipiat medic9. Neq₃ vnq̃ sit oblati nega tor: nisi fortasse: sibi q̃d prius intulerit tã ti ꝛ maxime cũ minor aut mediocris fue rit medicus. Dign9 est eñ mercenarius mercede sua. Memi erit medic9 artẽ me dicinalẽ: ꝛ p̃cipue curatiuã marti ascribi oibus fere planetis odiosioris irremune ratiõis obiurgio: ꝛ oĩs iniq̃tatis dator: propter qd̃ expetit medici negociũ ne de cipiat̃ punit9 firmare nisi patiẽs magni ficus fuerit: et curialis: vel fuerit tibi affi nitate cõiunctus: aut pauper: ex hoc eñ centuplũ accipies. Ex alio lex affinitatis suadet. Paupes v̾o et egeni nõ sunt op primẽdi: neq₃ deserẽdi intuitu saltẽ pieta tis: cuꝫ inde cõsurgat medici laudabilis fama. Qd̃ eñ abũdãter medicus accepit pauperculis velit amore bonitatis. Salua toris nostri impartiri. Ab alijs vero acci piat: omni tñ cũ modestia q̃ vt volẽs ve lit: ꝛ quasi veluti nõ aduertens aĩaduer tat: ꝛ quasi renuẽs libẽti aĩo manuũ cuꝫ dexteritate porrigẽdo recipiat: ne de ni mia sitis auiditate n̄otet̃. Nec p̱fecto est nostratũ inter ceteras miserias dura cõ ditio: vt patiẽtibus videat̃ nihil nostri in eorũ visitatiõib9 impẽdere p̱pter qd̃ ob sequia medicoꝝ innitit̃ vt ad multũ. Ni si ergo medicus p̄mia recipiat labor ei9 vertet̃ in dãnũ. Sed cũ labor est in dãno mortalis crescit egestas: ꝛ q̃ emit rẽ care: et eã vult donare disponat se mẽdicare. Meminerit quoq₃ medic9 q₃ sine bonis exterioribus quoꝝ fortuna est dña nõ cõ tingit esse hoiem felicẽ neq₃ ab ei9 memo ria excedat preceptũ antiquũ. Dũ dolet infirm9 medic9 sit pignore firmus. Exp̃s lãguoris non est memor huius amoris.

Et iterũ dũ morbus fortis est medico p̱ mittit̃. Licet aũt hec obseruanda sunt in mercedẽ accipiẽdo: in petẽdo tñ eã caute procedat medic9: ne: vt aiũt: in fractio ne panis dignoscat̃: plerũq₃ eniꝫ medici ita modũ excedũt i petẽdo: vt ars n̄ra vi lescat: immo et aliq̄n pro foro: ꝛ i iudicio litigãdo statuũt p̱cessus ordinarios: aut q̃ profecto vituperãdi sunt: in oi eñ ne gocio cauẽdũ est: vt nequit nimis. Si er go cõtingat patiẽtes periode flegmatis in dãdo periodicare: motu scꝫ quottidia no: aut motu colere de secũdo in scd̃m se rat medicus equo aĩo. Sic eñ non tolle rabilis est his nostris luctuosis tpib9 cõ ditio. Si aũt cõtingat vt plurimũ sit pa tientẽ in dãdo ad periodũ melãcolie de quarto in quartũ periodicare bona cau tela est vt medic9 aliquã de diurnis visita tionib9 negligat matutinã vꝫ: aut vesp̱ tinã. Sic eñ notũ fiet patiẽti volẽti itelli gere causam. Et stimulabitur vt sequen ti visitatione medico satisfaciat: et oĩno quantuꝫ est possibile: interrũpendi sunt motus quartani quintani et sextani: et qui in amplius protenduntur: ceu inuti les medico et omnino perniciosi. Quod si surdum se prebeat patiens: hac caute la ad aliam deueniendum est: vt astan tem fidum: vel apothecarium: vel alium in quo confidet medicus moneat veluti ex se vel patientẽ: vel affines aut amicos moneat vt medici memores sint: si festi nam salutem patientis exoptent.

Capitulum quintum de modo se habendi medici erga pre sentes: et primo erga in firmo astantes.



Expedit medico cuꝫ familiaribus domus patien tis verba nõ multiplicare ni si ea tantũ que ad infirmi cu ram pertinent: sed premini stros idoneos conscios exequendo ea q̃ ab eo ordinantur: iuxta veritatẽ ipsoruꝫ et occursum synthomatũ et alioꝝ siſr et que fideles ꝛ sollicitos in flobotomãdo vẽtosando: ꝛ scalpellãdo ꝛ sanguisugas apponẽdo: ꝛ in fricãdo: ꝛ ligaturas in ex tremis faciẽdo: et in oib9 alijs acq̃sitis p̱ officio astãtis: neq₃ post hoc habeat me dic9 hoc p̄ceptũ: imo ad inẽtionẽ aliq̄ruꝫ

taliū: & inuentorū cōseruationē pro viribus euigilet: nā etiā mediocris error circa ea que sunt astantis pōt esse causa interius patiētis. Et his talib⁹ vtatur & procuret: vt deceti eorū mercede accipiātur pro astātibus infirmorum suorum: & circa eos existēs talis astās honorez medici tutat: ipsuz summis laudibus extollat: & presto sit vt fideliter exequātur q̄ per medicū ordinātur. Si vero vt plurimū fit: inueniat astātes idiotas: vtat medicus bona cautela: vt eos sibi reddat beniuolos: eoruz officiū laudādo & modū: sollicitudinem: amorē: & diligētiā. Sic eñi faciēs eū astātē sibi deditū vt partes concernētes honorē: & vtilitatē medici tueātur. Si tamē arrogās esset aut presumptuosus vel insolēs: nimiū sibi ascribēs. Bona cautela medici est: vt eius insolētiā cū bona modestia refrāgat: eius dicta vel opera non oīno acceptādo: sed vel mutādo: vel aliquātulū limitādo: vel quōlibet alio modo variādo: ne oīa sibi ascribat. Tuti⁹ tñ est vt eū sibi amicū faciat q̄ cum eodē altercari: nisi medicus tāte auctoritatis esset vt posset ipsum a passione remouere: & eius loco aliū substituere. Et oīno opz medicū in omnibus esse sagacē & astutū.

¶ De modo se habendi medici erga mulieres patientis.



Diligēter aduertat medicus ne infamiā inhonestatis incurrat. Erit medicus auctore Halyabate procul ab oī libidine. Nec ad cuiusq̄ ea de causa matrē aut vxorē: ceteraue scilicet q̄ egrotātis sunt intueatur. Cū mulierib⁹ igitur domus infirmi verba nō multiplicet medicus: nisi tñ q̄ ad illius curā pertinēt. Eis nō petētibus prebeat consiliū: quātominus cū eis aloquens inhonesta: aliter eñi ludibrio esset oibus: & cū dāno & incursu infamie vitupērādus. Nihil in secreto ī domo patiētis cū aliqua muliere pertractet: nisi ipa annosa fuerit: cum qua de secretis mulierū perquirere licet. Fugiat neq̄ tactu: neq̄ aspectu in aliquā earū flāmā libidinis inardescere. Nō vtatur igitur medicus magis colloquijs: neq̄ cōsilijs: neq̄ risu inhonesto: neq̄ verbis obscenis aut lasciuiosis cū vxore aut mulierib⁹ patiētis. Jurauit Hypocrates et iureiurādo medicos astrinxit euitaturos se omnem iniuriā: oēm corruptelā circa genus turpitudinis res ēt venereas spōte sua: siue muliebria corpa curauerint: siue virilia.

¶ De modo se habēdi medici erga alios medicos in eadē cura sibi delegatos.



Si ergo contingat vt mos est plures medicorū in eadē cura constitutos esse: aut ergo post ipm vocantur: aut ipe post eos vocatur: sicq̄ est de more vt proborū medicoruz ordinare: & socios petere vt fuit etiā mos Gal. Fortasse eñ inuenirēt plures remedia saluberrima: que non inuenit vnus: iuxta illud. Quod tu non nosti fortasse nouit ofellus: in quibus casib⁹ sunt cautele obseruāde. Non presumas solus curare egritudinē de qua rōnabiliter mors cognoscit: sed sociū vel plures petas. Societas eñ nō aufert p̄miū: sed singularitas plerūq̄ infamiā parit: imo affinib⁹ & amicis qui patiētis sunt astringat ad dādū sibi sociū alias se curaturuz nequaq̄. Si medico incūbit sociū petere: eligat ex eis nō inuidū: nō emulū: nō malignū: neq̄ ianis glorie quesitorē: sed ex eis fideliorē seniorē aliq̄n et magis ab egro affectatū: cū quo de cōicato cōsilio fiant singula. Si eñ post medicuz vocat vnus vel plures: sicuti opulētiores q̄dā fastu quodā deducti plures cōuertūt ad se medicos qd nūquid cōferat patiēti vl nc impertinēs est proposito. Et sint plebei aut pure emperici cū illo vel illis nō solēniter: vt moris est cōferat easuz patiētis. Uilescit plurimū intellect⁹ canonici medici dedignatur si sapit venietq̄ forte is plebeius in aliquā casus notitiā: si canonice cū eo casum conferat: precipue si perspicacis verbi fuerit & boni iudicij: vt plurimi reperiunt. Si vero in sciētia medicinali doctrinat⁹ fuerit & ei associat in cura: equo animo & benigno de gerēdis circa infirmum cōferat seorsum amotis vulgaribus: immo & oibus amicis & affinibus patiētis: nisi forte esset aliq̄s medicine professor cui iure et ex merito nō est negādū cōmertiū vel collegiū. Uñ plurimum dāuādi sunt qui publice collegiāt. Tū qr difficile est quin vel discordia: vel

iurgiū vel dissensus aliquis eueniat: seu oriatur inter collegiātes non sine vulgariū murmuratione ꝛ medicorū cōtēptu. Tū etiā qꝛ presentib⁹ extraneis quilibet exponit se vt videatur sociū excellere: vt superior appareat: ꝛ hec oīa in proditione aīe eorū. Quod si tecū associatus: vel plures fideliter agēt: idētidē illi ipēdas. Si vero ecōuerso:ꝛ tu idētidem illi. Par eī pari referto: qđ placeat vel mordeat. In collegiādo aūt obseruetur modus canonicus principis prima primi in caplo de subiectꝭ medicine rōcinādo circa egritudines: et carū causas particulares: et earū signa vsqꝫ ad pronostica:ꝛ qualiter egritudo remoueat̄ ꝛ cuiuscūqꝫ carū rerū esse occultū fuerit:ꝛ ad illđ demōstratione̅ afferre ignotū tale: siue fuerit cā: siue signū diuidēdo: numerādo ꝛ cōplendo. Expedit medico anteqꝫ socius illi vocetur in cura ipso sciente de futuro socio ordinare quecūqꝫ possibile est i cura patiētis in quacūqꝫ forma fuerit: ne altero supuocato medicus videat̄ in aliquo remedio defecisse. Qđ si dicat publice prouocatus medicus aliqđ remediū per precedētē medicū nō ordinatū dicat precedētē medicū illud fecisse:ꝛ quotquot adducit in mediūꝫ superuocatus medicus oīa dicat se administrasse: etiā si verū nō sit: ne de ignorātia imputet̄. Si vero contingat medicū ad curā patiētis alterius medici superuocari: bona eī cautela et laude digna est petere nūquid alius medicus illū visitauerit vel ne. Et si sic aliqua de remediis suis laudet et cuꝫ in sociū querat: eūqꝫ vocare faciat: etiā si discipulus sit: neqꝫ dedignetur: sed decēter honoret: ꝛ cū eo seorsum de dispositionibus egri consulant voce submissa ꝛ facie depressa et videatur super oībus attentius cogitare. Quod si aliquis illū errasse cognoscat non sit illius erroris publicus propalator: sed potius ipsius tacit⁹ corrector. Si egritudo dat īducias expectare medicū: cuius ista fuit cura principalis secū cōferre casum et quecūqꝫ acta sunt ꝛ intelligere: nihilqꝫ de fiēdis approximare nisi de cōicato cōsilio. Sic enim nisi malignus sit ipsum facis tibi beniuolū. Qđ si aliqđ nouū remediū in mediūꝫ adducas: ꝛ dicat precedēs medic⁹ illud fecisse. Respondēdū est illi: factū fuit tale remediū eo tpe quo nō cōtulit sed fiat iterū: qꝛ nūc est tēpus: ꝛ addat illico aliđ remediū: et ita caute procedat. Qđ si cōtingat medicū socio te iuito exhibere aliquā medicinā precipue solutiuā vel curā dimittas manifestata volūtate tua pri⁹ amicis patiētis: vel nō permittas eā exhiberi nisi cū ꝓtestatiōe precipue in egritudine suspecta. Discussis autē oīb⁹ pro cura patiētis: ꝛ visis signis: ꝛ collegio cōpleto accedāt ad patienteꝫ. Et si publice aliquid dicat socius: qđ prius nō dixerit: vel nō oīno laudes nisi tepide: vel si laudaret cappares: ꝛ laudet alter cicoream: vel aliqđ cōsimile: vt honori etiā suo medicus cōsulat. Nouerit malignus medicus detractor qꝫ dū magis ꝛ apertius detrahit socio minus illi creditur. Eius venenū detegitur: magis diffamat̄ ꝛ veluti gladiū iugulo suo apponit. Pluria laude digna est modestia in oī artificio: maxime tñ in medico: sed mixta sit astutie ꝛ sagacitati nā non minus vituperatur nimia simplicitas: qꝫ superflua duplicitas et triplicitas: et oīno nō sit medicus immemor ei⁹ qđ dixit Horati⁹. Est modus in reb⁹: sunt certi deniqꝫ fines. Quos vltra citraqꝫ nequit consistere rectum.

¶ De modo se habēdi medici erga discipulos auditores: si doctor legens fuerit.



Officiuꝫ docētis medici est hāc artē sine mercede ꝛ pactiōe edocere: precepta oīa libēter ꝛ fideliter tradere. Officiuꝫ doctoris medicine est veritatē scibiliuꝫ medicine auditorib⁹ manifestare: que in libris auctorū sunt: bono aīo dilucidare. Iniqui profecto animi est sciēs nolēs docere: iuxta illud. Infelix qui multa sapit spernit qꝫ docere. Quecūqꝫ experta didicit ꝛ inuenit memoratu digna ex eis reuelare. Ab erroribus se cauere: semperqꝫ discipulos vt ab erroribus se custodiant mōere. Si parti theorice in legēdo incūbat ad operationē canonū speculabiliuꝫ se vertere: ea quoad fieri poterit luce clariora reddere: nōnullos canones practicos interserere: nō impertinēter: neqꝫ inutiliter auditorib⁹ persuadere partis theorice vtilitatē: ꝛ dignitatē cuꝫ speculabilia medicine sint veluti fundamentū cōsideratorū

in parte practica nequaq̄ post se habenda. Si vero parti practice: illud idez suo modo auditores tn̄ hortari: vt parti curatiue immergāt casus practicos: ꝛ secreta remedia fm̄ exigentiā egritudinū singulis lectiōibus narrare. Partes practice vtilitatē: ꝛ gloriā: cū sit veluti finis cōsideratorū in theorica declarare. Expedit tn̄ ita oībus suadere ꝛ eos ad medicinā allicere ita theoricā: vt nō totū adolescētie tēpus in ea conterāt: ꝛ precipue in quorūdā modernorūz speculationibus: ne in illis theorice giris: atq̄ meādris veluti in syreneos scopulos cōsenescāt nō aliter ita etiā ad partē operatiuā eos allicere: vt theoricā nō negligant sine qua nec scitur practica perfecte: neq̄ saluatur quis ab errore in actu operandi.

❡ De modo se habendi medici erga aromatarium.



Expedit medico eligere sibi fidelē aromatariū et qui artē suā nouerit omī modo oportune taz in simpliciū cognitione q̄ȝ in eorꝫ per artificiū debita permixtione ad antidota cōponēda quocūq̄ modo et forma illa debeāt ministrari: ꝛ ī alijs que ad artē pertinēt sit instructus illiq̄ suadere et precipere vt medicinas eligat cōgruas ꝛ easq̄ precio cōdecēti vēdat. Prestat medico si medicinaz solutiuam ordinat: vel opiataz: vt ipse presens adsit et intersit: vt cōuenienti qualitate ꝛ ordine: ꝛ pondere preparetur iuxta medici preceptū: ne error cōmittatur. Si contingat medicum ordinare aliquā medicinā solutinā vel opiatā in aliqua egritudine timorosa ad fugiēdā infamiaz possibilē euenire si forte medicina ista effrenitaret nimiuz soluēdo vel opiata nimiū stupefaceret ꝛ res succederet ī sinistrū bona cautela est vt nō ordinetur tota dosis: vel nulla fiat mentio in receptarijs per scripturā. Ne forte si res male succederet venirēt amici ad videndum que medicina fuit ista ꝛ ita infamiaretur medicus: sed secrete cōmittantur aromatario fideli quod acturus sit ꝛ in qua dosi: cui precipiatur a medico: vt nemini dicat ordinationē illam: neq̄ illius appareat scriptura.

❡ De mō se hn̄di medici erga plebeios.



Non est paruz difficilis medico hic modus viuēdi cum oīs plebeius vulgaris ydiota ignorans est. Omis autez talis ignorās est malus semper scindens in contraria: caute procedēdū est maxime medico cōducto ad curā alicuius cōitatis: impossibile est eñ oībus indulgere: ꝛ cōplacere. Unde hanc nostratū vt ita dicā miseriaz et in libro pronosticationum auctoritate Platonis ait. Si debēt cōparari ab ifantibus: vel ab hoībus insipientibus medicus ꝛ cocus: cocus non in medico id qđ plus deportabit. Expedit igitur medico vt oībus existat notus bona fama si doctrina nemini tn̄ familiaris ne nimia familiaritate contēnatur. Si tn̄ cuz aliquo vulgari affinitate cōiunctus sit: ꝛ magis illi familiarē se prebeat excusaturo. Nō seuerus neq̄ crudelis: ne propter illa deuitetur. Uulgo morib9 ꝛ gestis et vestitu laudabiliter se ostēdat. Si cum vulgaribus sermonē habere contigerit nulli9 dicta reprobet. Cū eis non est altercanduz: sed affirmet que cōitati hoim videntur: et laudet veluti vtilia. Omnibus affabilem se reddere: neminē spernere: oībus benigne remedia exhibere. Cū tēpus loquendi datur medico: sit ille affabilis: ornate et pulchre cū quadaz grauitate loquens etiā in parabolis aliqñ dicunt sapiētes: nō pudeat medicū vocari parabolanuz: cū euāgelica lectio doceat summū medicū Jesuz christū fuisse parabolanū: idest in parabolis loquutū. Omnis autē christi actio nostra est istructio. Jurgia: lites et partialitates: que plurimū solēt oriri ꝛ foueri in ciuitatibus vel cōitatib9 quouis modo fugiet: cōe bonū ciuitatis illi9 vel patrie zelet: laudes vulgi nō cupiat: nā vulgus ignobile non discernit peritū ab imperito laudādū: vel cōmendandū a vituperādo. Honores seu reuerentiaz sibi exhibitas non spernat: propter qđ si per ciuitatē vel alia loca publica transire contingat equester falleratus vel pedes et cum reuerētia salutetur vnicuiq̄ reddat cōsimile: blandū se porrigens. Petētibus consilia medicus conditiones petentis: ꝛ materiā petitam consideret diligenter. Nam si petēs fuerit fidedignus:

neq a casu petens et de re licita petat: ei consiliū est exhibendū. Hic tñ bonā cautelā seruare opꝫ: vt ars magis sit in ꝑtio. Medicum tamē ex improuiso petentem et quasi a casu non illico medicus prebeat remedium: etiam si in promptu haberet remedia. Sed differat precipue si dispositio de qua petitur dat inducias: et iubeas illi vt in crastinum deferat vrinam: vt videatur velle maturius incedere.

Capitulum sextum et vltimum de modo se habendi medici quantū ad ea que extrinsecus sunt.



Sit medicus quoad facultatē diues: vel saltē nō oīno egenus eius locus habitationis: siue domus omnibus notus: vt inueniri possit: emergēte necessitate. Hospitiū tamē eius quoad intima secretū: paucisq notū non resonans: nō calcatū: ꝛ in cursib9 dixit Conciliator: non etiā mitris ꝛ vexillis medicinalib9 organis insignitū. Nō est medici querere festiuitates: neq cantus: neq tripudia. Non sit medicus pulsator instrumētorū musicaliū: non postibulorū visitator. Non conuersetur cum pollutis et publice peccatoribus aut infamibus aut flagitiosis hominib9: ꝛ precipue homicidis. Non occupetur in rebus publicis ꝛ negociationibus. Ex his em̄ oritur: vt fundamēta medicine negligantur: cōfidentia infirmi de medico depellitur: auctoritas minuitur: et denum inutilis ꝛ nociuus medicus indicat. Nō intromittat se medicus in emēdo necessaria domui: precipue circa victū quottidianū: vilescit em̄ ꝛ a vulgo notat. Non venationibus occupet: non armis: nō in alchimia qua hoīes postremo solū ditātur spe: fuligine: ꝛ stultitia. Non agricultura. Non pomposus per ciuitatē incedens ꝛ vt sit ad vnū dicere oīs medici intentio: et occupatio sit circa medicinalia dūtaxat. Dixit Halyabas: volentē itaq medicū esse perfectū: obseruare oportet hec mandata: et eis informari qui ducti sunt moribus nec cōtēnere oīno. Si enim his inheserit medela eius recta hoībus complacens fiet: inclinabūturq ad eum: amabitur honorabitur: honesta erit ei9 fama apud eos: necnon cū his meritis ꝛ premiis premiabitur apud deum. Inquit Nicolus: ad conuiuium inuitatus medicus si potest primū locū sibi non vēdicet: neq ostendat se importunū: neq famelicū: nullū cibum vituperet: nullūq fastidiat: esto etiā ꝙ vituperandus esset: sed summe laudet qualitatē: et quātitatē extollat: non comedet ad implendū ventris lacunā sed in cibo ꝛ potu sobrius sit. Et si in domo patientis fuerit tunc cū ciborū oblectationibus occupatus fuerit: nō obliuiscatur patiētis: sed ad infirmū mittat: et de statu eius inquirat: vt noīe sui patiens cognoscat: ꝙ medicus etiam inter delitias sui non obliuiscatur. Cūq a mensa surrexerit ad infirmū ingrediēs dicat sibi optime paratum. Hec quidem sunt: quo ad medicū referri oportet que qui inuiolata: incorruptaq hoc mō pure et sancte: recteq seruauerit vrbes frequentando non verbis solū verū etiā re medicus censebitur: vita arteq sua felicissime fortunatissimeq fruetur: eius nomen ꝛ gloria apud vniuersos homines: et nationes imperpetuum celebrabitur. Trāsgredienti aūt cōtraria oīa eueniēt.

FINIS.

Ad emptores hunc librum.

Que cūcta tenuit: tenet hic libell9 amice
Hypocras: ꝛ canonū q̄ sapiere senex.
Hūc eme si poteris: poteris mō cūcta docere
Et cautelarum diceris hermogenes
Hūc Verona q̄ zerb9 gaudet scripsit apollo.
Dixerit mētē: certa cūcta sibi.
Hūc eme q̄ cūcta senū: veterūq priorum
Scire cupis: alter eris appollineus.

Impressum Lugduni per Antonium Blanchard. Anno domini Mil.cccc xxv. die. vij. Januarij.

❡ Tabula pillularij magistri Panthateonis de Confluentia.

Richard masson apoticaire de ville
franche demourant a la coppe



[illegible] a [illegible] Richard


Richard masson

Richard masson [illegible]

Anno domini

Richard masson

[illegible]



Simonez [illegible]
[illegible] Richard ma[illegible]

quoq; tempore, & publicorum, & priuatorum ædificio rum, pro amplitudine rerum gestarum, vt posteris me= moriæ traderentur, curam habiturum. Conscripsi perscri ptiones terminatas, vt eas attendens, & ante facta, & futura qualia sint opera, per te nota posses habere, nanq; his voluminibus aperui omnes disciplinæ rationes.

Quid sit architectura & de architectis instituendis.

Caput. I

Rchitectura est scientia pluribus discipli nis, & varijs eruditionibus ornata, cu= ius iudicio probantur omnia quæ ab cæ= teris artibus perficiuntur opera. Ea na= scitur ex fabrica, & ratiocinatione. Fa= brica est cõtinuata ac trita vsus medita tio, quæ manibus perficitur è materia cuiuscunq; generis opus est ad propositum deformationis. Ratiocinatio autem est, quæ res fabricatas solertia ac ratio ne proportionis demonstrare, atq; explicare potest. Itaq; architecti, q sine literis contenderũt vt manibus essent ex ercitati, nõ potuerunt efficere vt haberent pro laboribus authoritatem. Qui autem ratiocinationibus & literis so lis confisi fuerunt, vmbrã, nõ rem presecuti videntur. At q vtrunq; pdidicerunt, (vti oĩbus armis ornati) citius cũ authoritate quod fuit ppositũ, sunt assequuti. Cũ in oĩbus enim rebus, tum maxime etiã in architectura hæc duo in sunt, qđ, significat, & quod significat. Significat ppositã res de qua dicitur. Hãc aũt significat demonstratio ratio= nibus doctrinarũ explicata. Quare videtur vtraq; parte ex ercitatus esse debere, q se architectũ pfinatur. Itaq; eũ & ingeniosum esse oportet, & ad disciplinã docilẽ. Neq; eñ ... disciplina sine ingenio per

Anno

CAPITA PRIMI LIBRI.

CAPITA SECVNDI LIBRI.


CHIM
TO
EAUX